




23







j 11831285

L. P. Joseph de Leiva comprò el libro.

23 - 2.



1600-1601


R. P. FRANCISCI R. 5.000  
**PELLIZZARII**  
**PLACENTINI,**  
**E SOCIETATE IESV,**  
Theologiae Moralis Professoris  
**MANVALE REGVLARIUM.**  
**TOMI POSTERIORIS,**  
**PARS PRIMA.**

Constans ex IV. postremis Tractationibus; in quarum VII. agitur de poenit.  
Regularium; in VIII. de ipsorum Priuilegiis: in IX. de illorum  
Gubernatione: in X. de Monialibus.

Et quidem ita, ut in unaquaque Tractatione de occurrenti materia breuiter, clare, ac solidè, non  
solum resolvantur omnes ferè quæstiones, que à Doctoribus in simili materia tractari solent,  
sed etiam plures aliæ, eaq[ue] grauissimæ ab alijs Authoribus non tractatæ.  
Accesserunt Decreta S. Congr. & Bullæ Pontif. quæ à Regularib. publicæ quotannis legi debent sub certis poenit.

Cum Indicibus Tractationum, Capitum, Sectionum, Subsectionum, ac Rerum notabilium copiosissimis.

Editio secunda ab ipsomet Authore recognita, nouis additamentis in proprio loco potius aucta,  
ac expurgata ab erroribus in priori editione Veneta communiss.



**LUGDVNI,**  
Sumptibus LAVRENTII ANISSONI

M. D. C. LIII.  
CVM PRIYILEGIO REGIS.



17. 86. 6

LIBERIA MAGISTERIALIS

ET LIBRARY

IMPRESORIA

MAGISTERIALIS

LIBRARY

IMPRESORIA

ET LIBRARY

IMPRESORIA

TAEGDAN

LIBRARY

LIBRARY

LIBRARY

LIBRARY

LIBRARY



CAV. PRIMATIS CLO. REGIS

# INDEX

Tractationum , Capitum , Sectionum , ac  
Subsectionum, quæ in hoc posteriori  
Tomo continentur.

## TRACTATIO VII.

De poenis latis contra Regulares.

- Cap.1. **D**e poenis in genere latis iure communi contra Regulares. pag. 1  
 Sect.1. De poenis in genere spectatis in ordine ad Regulares. ibid.  
 2. De censuris in genere respectu Regularium. 11  
 Cap.2. De excommunicationibus latis contra Regulares. 28  
 Sect.1. De excommunicatione in communi respectu Regularium. ibid.  
 2. De excommunicationibus reservatis specialiter latis contra illos. 48  
 3. De excommunicationibus non reservatis specialiter latis contra illos. 61  
 Cap.3. De suspensionibus latis contra Regulares. 74  
 Sect.1. De suspensione in communi respectu Regularium. ibid.  
 2. De suspensionibus reservatis specialiter latis contra illos. 83  
 3. De suspensionibus non reservatis specialiter latis contra illos. 89  
 4. De depositione, & degradatione. 93  
 Cap.4. De interdictis latis contra Regulares. 94  
 Sect.1. De interdicto in communi respectu Regularium. ibid.  
 2. De interdictis specialiter latis contra illos. 108  
 3. De cessatione à Diuinis respectu Regularium. 110  
 Cap.5. De irregularitatibus, quibus subiaceant Regularres. 113  
 Sect.1. De irregularitate in communi respectu Regularium. ibid.  
 2. De irregularitatibus in specie: quas si incurrire possunt. 119  
 3. De irregularit. quas incurrint Regulares ex delito. 128  
 4. De irregular. quam incurrint ex homicidio. 136  
 Cap.6. De poenis priuatiis latis contra Regulares. 157  
 Sect.1. De poenis priuatiis in communi respectu Regularium. ibid.  
 2. De poenis priuatiis in specie latis contra illos. 161

## TRACTATIO VIII.

De priuilegiis Regularium.

- Cap.1. **D**e priuilegiis in communi respectu Regularium. 179  
 Sect.1. De natura, & conditionibus priuilegiorum. ibid.  
 2. De eorum concessione. 182  
 3. De eorum communicatione. 185

- |   |       |
|---|-------|
| 4. De illorum usu.  | 195   |
| 5. De eorum amissione.  | 201   |
| 6. De eorum interpretatione.  | 209   |
| Cap.2. De priuilegiis Regularium, quoad usum Sacramentorum.   | 212   |
| Sect.1. De eorum priuilegiis, quoad usum sacramenti Pénitentiae.  | ibid. |
| Subl.1. De eorum priuilegiis, quoad audiendas ipsorum confessiones.                                     | ibid. |
| 2. De facultate absoluendi illos à resernatis.  | 218   |
| Sect.2. De priuilegiis Regularium, quoad usum Eucharistie, tum in Missa, tum extra.                     | 230   |
| Subl.1. De priuilegiis Regularium quoad Missa celebrationem.  | ibid. |
| 2. De privilegio celebrandi, & audiendi Missam in Oratorio priuato à Papa viris laicis solito conceidi. | 241   |
| Sect.3. De eorum priuilegiis, quoad susceptionem sacramenti Ordinis.                                    | 248   |
| Cap.3. De priuilegiis Regularium quoad Sacramentorum administrationem.                                  | 258   |
| Sect.1. De priuilegiis eorum quoad ministrandum Baptismum.  | ibid. |
| 2. De eorum priuilegiis, quoad ministrandum Pénitentiae sacramentum.                                    | 259   |
| Subl.1. De eorum priuilegiis, quoad audiendas confessiones secularium.                                  | ibid. |
| 2. De facultate eos absoluendi à resernatis.  | 273   |
| 3. De potestate committandi, & dispensandi illorum Vota.  | 289   |
| 4. De facultate expediendi literas sacre Pénitentiae.   | 301   |
| 5. De indulto dispensandi super petitione debiti coniugalium.   | 315   |
| Sect.3. De eorum priuilegiis, quoad ministrandam Eucharistiam.  | 321   |
| 4. De concessis, quoad ministrandam extremam Unctionem.   | 328   |
| 5. De concessis, quoad assistendum matrimonio.  | 330   |
| Cap.4. De Regularium priuilegiis, quoad exercenda ministeria spiritualia.                               | 333   |
| Sect.1. De eorum priuilegiis, quoad predicandum.  | ibid. |
| 2. De concessis, quoad docendum.  | 343   |
| 3. De concessis, quoad Missiones.   | 349   |
| 4. De concessis, quoad exercendum munus Parochi.  | 356   |
| Cap.5. De Regularium priuilegiis, quoad ipsorum Ecclesias.  | 366   |
| Sect.1. De immunitate concessa eorum Ecclesias, ac Monasterijs.   | ibid. |
| 2. De exemptione ab Ordinario, quoad illorum Ecclesias.   | 376   |
| 3. De facultate benedicendi Vestes, & consecrandi Vasa, &c.   | 387   |
| 4. De   |       |

4	De privilegiis eorum, quoad electionem sepulturae.	
	392	
Subs.1.	De iure eligendi sepulturam ipsis competente.	
	ibid.	
2	De iure competente eorum Ecclesiis, ut ea eligi possint in sepulturam.	395
Sect.5.	De indulgentiis concessis Regularium Ecclesiis.	
	404	
Subs.1.	De concessis respectu ipsorum Regularium.	405
2	De concessis respectu externorum.	414
Sect.6.	De priuilegio instituendi Confraternitates.	422
Cap.6.	De priuilegiis Regularium concessis, quoad eorum personas.	441
Sect.1.	De exemptione ab Ordinariorum iurisdictione.	
	ibid.	
2	De exemptione à foro seculari.	451
3	De priuilegio Canonis.	458
4	De habilitate ad Dignitates, & Officia extra Ordinem.	470
Subs.1.	De habilitate ad Prelaturas, & Officia Ordinis.	
	ibid.	
2	De iure Primogenitura inter Religiosos Ordinis.	471
3	De habilitate ad Dignitates, ac Officia extra Ordinem.	476
4	De iure Filiationis Regularis.	482
Cap.7.	De priuilegiis Regularium, quoad bona temporalia.	486
Sect.1.	De concessis, quoad bona tam immobilia, quam mobilia.	
	ibid.	
2	De concessis, quoad ipsorum Monasteria.	503
3	De exemptione à foro seculari competente ipsorum bonis.	511
4	De exemptione à Gabellis.	512
5	De exemptione à Decimis.	520
Cap.8.	De priuilegiis Regularium, quoad eorum gubernationem.	525
Sect.1.	De multiplice potestate Prelatorum Regularium in Religiosos subditos respectu.	
	ibid.	
2	De priuilegiis ejiciendi incorrigibiles.	ibid.
3	De facultate reuocandi Apostatas.	532
4	De priuilegio eligendi Conservatorem.	538
5	De Protectore solito assignari Religiosis Ordinibus.	
	551	

## TRACTATIO IX.

### De Gubernatione Regularium.

Cap.1.	D E Gubernatione Regularium in communione.	
	557	
2	De Electione Prelatorum regularium.	567
Sect.1.	De Electione secundum se.	568
2	De Electione quoad eligentes.	580
3	De Electione, quoad eligendos.	589
Subs.1.	De iis, quae positivè requiruntur in eligendis.	ibi.
2	De iis, quae in ipsis negative requirantur.	594
Cap.3.	De potestate Prelatorum in genere.	600
Sect.1.	De potestate Prelatorum Regularium in communione.	
	ibid.	
2	De eorum potestate Directina.	603
3	De eorum potestate Coercitina.	607
4	De eorum potestate Dispensatina.	617
5	De potestate Absolutina.	633
6	De potestate ad varia.	638
Cap.4.	De iure visitandi competente Prelatis regularibus.	
	645	
Sect.1.	De Visitatione Regularium.	ibid.
2	De forma judiciali seruanda in visitatione Regu-	

	larium.	652
3	De paenitentia judicialiter infligendis Regularibus.	679
Cap.5.	De obligationibus Prelatorum Regularium.	702
6	De eorum Prohibitionibus.	706
7	De paenitentia contra eos latissima.	709
8	De Capitulis Regularium.	714
Sect.1.	De Capitulis in genere.	ibid.
2	De Capitulis generalibus.	723
3	De Capitulis provincialibus.	733
4	De Capitulis localibus.	734
	Tractatiuncula de peculiari Instituto Soc. Iesu.	745

## TRACTATIO X.

### De Monialibus.

Cap.1.	D E statu religioso Monialium in genere.	
	767	
2	De Nouitatu Monialium, alijsque ipsis annexis.	770
Sect.1.	De receptione Monialium ad Nouitatum.	ibid.
2	De Nouitatu Monialium, alijsq; ipsis annexis.	777
3	De bonorum renunciatione facienda à Monialibus ante Professionem.	782
Cap.3.	De professione Religiosa Monialium.	785
Sect.1.	De professione Religiosa Monialium, & circumstantiis ipsis annexis.	ibid.
2	De dote Monialium.	792
3	De Velo professionis, ac de consecratione Monialium.	799
Cap.4.	De tribus votis Religionis, ad quae tenentur Moniales vi professionis.	803
Sect.1.	De voto Paupertatis Religiosa.	ibid.
2	De voto Castitatis Religiosa.	816
3	De voto Obedientie Religiosa.	820
Cap.5.	De Clausura Monialium.	827
Sect.1.	De Clausura Monialium in genere.	ibid.
2	De Clausura Monialium quoad egressum ipsarum.	831
3	De Clausura Monialium quoad ingressum extraneorum.	843
4	De Clausura Monialium quoad receptionem puerularum in educationem.	864
5	De accessu extraneorum ad Moniales.	868
Cap.6.	De precipiis Monialium obligationibus.	875
7	De precipiis Monialium prohibitionibus.	892
8	De precipiis paenitentia communis latis contra Moniales, nempe de excommunicationibus, suspensionibus, interdictis, & aliis similibus.	900
9	De precipiis Monialium priuilegiis.	911
10	De gubernatione Monialium.	930
Sect.1.	De gubernatione Monialium quoad Ordinarium, aut Prelatum regularem.	
	ibid.	
Subs.1.	De gubernatione Monialium quoad Ordinarium.	
	ibid.	
2	De gubernatione Monialium quoad Prelatum regularem.	938
3	De Visitatione canonica Monialium.	944
Sect.2.	De gubernatione Monialium quoad Abbatissam.	
	948	
Subs.1.	De Canonica electione Abbatissa.	
	ibid.	
2	De potestate Abbatissa in Moniales subditas.	954
Sect.3.	De gubernatione Monialium quoad Confessarium.	
	961	
Subs.1.	De Confessario Monialium ordinario.	
	ibid.	
2	De Confessario Monialium extraordinario.	992
3	De variis Monitis dandis Monialibus ad profectum ipsarum spiritualem.	1002
	Formularium Licenciarum, que in Monialium gubernatione communiter concedi solent.	1038

TRACTA



# TRACTATIO VII.

## De pœnis latis contra Regulares.

**Q**UAM sit necessarius pœnarum usus ad bonum regimen cuiuscumque Communilitatis, vel hinc pater, quod iuxta vulgate effatum viam delictis aperire præsumitur, qui delicta relinquit impunita Hinc mirum non est, etiam inter Religiosos admissum fuisse usum pœnarum, & quidem multiplex; cum earum aliquæ statutæ sint in decretis Summorum Pontificum; aliæ taxentur in Constitutionibus ipsarum Religionum; aliæ relinquuntur prudenti Superiorum iudicio hic, & nunc infligenda subditis delinquentibus, siue inuitis, siue eas vtrò depositentibus. De his ergo pœnis in præsenti Tractatione differemus, eam In 6. capita diuidentes: In quorum 1. agemus de pœnis in genere: In 2. de excommunicationibus in specie latis contra Regulares in iure communi: In 3. de Suspensionibus contra eosdem impositis: In 4. de Interdictis contra eos ipsos statutis: In 5. de Irregularitatibus, quibus iidem subiacent: In 6. de variis aliis pœnis, tum spiritualibus, tum temporalibus, ac etiam corporalibus, quæ ex occurrentibus delictis iisdem Religiosis inferri solent. Quin etiam, cum singulatum Excommunicationum, Suspensionum, Interdictorum, ac Irregularitatum, quas in hac Tractatione exponemus, sufficiens cognitio haberi non possit, nisi de ipsa Excommunicatione, Suspensione, Interdicto, ac Irregularitate aliqua priùs in genere explicitentur: ideo & de his in suis propriis capitibus respectuè aliqua magis necessaria attingemus, omissis iis, quæ minùs faciunt nostro instituto.

---

### CAPUT I.

#### De pœnis in communi, latis contra Regulares.

**I**N hoc Capite agemus de pœnis in communi, & quidem maximè de Censuris in genere: cum pœna, qua inferri solent Regularibus, plerumque sint de genere Censurarum; sive caput diuidemus In 2. Sectiones: In quorum 1. differemus de pœnis in vniuersali: In 2. de Censuris in genere: idque ne postea in progressu Tractationis eadem cogamur saepius repetere cum non leui dispendio breuitatis.

### SECTIO I.

#### De pœnis in genere spectatis in ordine ad Regulares.

- 1 Explicatur in quo consistat ratio pœne.
  - 2 Pœna est multiplex, & varia.
  - 3 Usus pœnarum necessarius ad bonum regimen Regularium.
  - 4 At non semper expedit eas taxari in Religionibus.
- Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.

- 5 Ee imponi possunt Religiosis solum à Prelatis regularibus, aut alio legitimo Superiori.
- 6 Et quidem etiam à Prelatis localibus.
- 7 Desamuntur ex varijs iuribus.
- 8 Causa grauiores Regularium non decidende absque consilio peritorum.
- 9 Eorum delicta grauius puniuntur, quam delicta horum laicorum.
- 10 Et si non sine admixtione misericordie.
- 11 Omnes Religiosi subditi puniri possunt à Prelatis regularibus.
- 12 Puniri possunt & Nonity.
- 13 Item Moniales exemptæ ab Ordinario.
- 14 Non item Religiosus probatus reus, si à Prelato sit agitus vere innocens; quod non procedit de Iudeo laico respectu suorum subditorum.
- 15 Regulariter condemnari non debet reus ex scientia priuata, & inauditus.
- 16 Ad formam iudiciale plura, & varia petuntur.
- 17 In iudicis Regularium item plurarequiruntur.
- 18 Illi interdum possunt puniri, quamvis innocentes; & maximè in Societate Iesu.
- 19 Et tunc pœna non subeunda sub peccato, nisi adsit preceptum Superioris.
- 20 Religiosus hostes punitur extra suum Conuentum, si aelinquit contra ius commune, aut contra ius rotius Ordinis.
- 21 Sic enim fit subditus ratione delicti.

## 2 De pœnis Regularium in genere.

- 22 Punitur à proprio Prelato eis delinquat extra eius territorium.
- 23 Inchoans delictum in proprio territorio, & consummans in alieno punitur à duplice Prelato.
- 24 Imò puniri potest à Prelato loci, in quo inchoat delictum alibi consumandum, et si domicilium mutauerit, quod tamen non est ita certum.
- 25 Delinquens in uno loco, & ibi non punitus, potest puniri alibi, si mutet domicilium.
- 26 Idque procedit etiam in casu, quo in loco delicti minus dignè punitur.
- 27 Si plures Religiosi simul delinquent, non omnes puniendi.
- 28 Prelati supremi commutant, minuunt, &c. pœnas taxatas in Ordine.
- 29 Non item pœnas taxatas in iure communii.
- 30 Afferuntur causa, ob quas pœna potest temperari.
- 31 Index inferior interdum auget pœnam taxatam.
- 32 Item illam minuit, si non sit taxata.
- 33 Religiosi obligari possunt ad pœnas taxatas, etiam ante sententiam.
- 34 Si id in regula precipiatur, aut alia ratione legitima: & quidem pœna taxata in regula subeunda sub peccato licet Regula non obliget ad culpam.
- 35 Pœna imposta delicto non extenditur ad præterita, nisi imponatur pro delicto non punito.
- 36 Peccat violans legem obligantem ad certam pœnam post certum tempus, si eo nondum elapsa illam violent, et si sit immunis à pœna.
- 37 Pœna late contra Ecclesiasticos iure communi non extenduntur ad Regulares, si hi non exprimantur in specie.
- 38 Regula obligans ad pœnam, regulariter non obligat in conscientia: & in dubio lex debet presumi puræ penalitatis.
- 39 Regularium defectus occulti possunt puniri, si sunt leues.
- 40 Regulares non prescribunt contra pœnas.
- 41 Appellatio legitima excusat ab executione pœnae.
- 42 Ex decreto Pauli V. nequeunt Prelati regulares suis subditis pœnas remittere ad instantiam personarum laicarum.
- 43 Ignorantia pœnae excusat ab ipsa pœna.
- 44 Limita, nisi pœna sit leuis, & omnino proportionata delicto.
- 45 Ignorantia autem pœnae probatur iuramento ipsius ignorantis, quoad forum externum.
- 46 In penit mitior facienda est interpretatio: & pœna legis noue diversa tollit pœnam antiquam pro eodem delicto, si hoc nondum sit commissum.

### **Q**VÆRES I. Quid intelligatur hîc nomine pœnae.

Respond. intelligi passionem, quæ infligitur, aut contrahitur ob peccatum iam præteritum, & infert nocumentum ei, qui illam sustinet, aut certè apta est ad illud inferendum, nisi aliunde impediatur: dicitur autem passio, & non actio, quia, licet multi in operando sentiant pœnam (v. g. in scribendo) non tamen sentiunt pœnam, quatenus agunt, sed quatenus patiuntur, i. fatigantur iuxta illud: *omne agens in agendo reparatur* (quamquam interdum nomine pœna veniat & simplex priuatio alicuius boni, quæ nullam importat actionem, & potius dicit defectum actionis: ut priuatio vocis actiuæ: ) dicitur *inficta*, aut *contracta ob peccatum*, pœna enim & culpa dicuntur correlative; vnde afflictiones, quas aliquando viri iusti patiuntur absque culpa præcedente, propriè non sunt pœnae, sed pœnabilitates; dicitur *ob peccatum iam præteritum*, quia culpa semper debet præ-

cedere pœnam, si minùs tempore, saltem natura; dicitur inferens nocumētum ei, qui illam sustinet, aut certè est apta ad inferendum, &c. quia non omnes pœnae defacto nocent eas toleranti, at apta sunt nocere, quin potius illi interdū profund ex varia habitudine subiecti eas tolerantis, vel certè ex usu, & assuefactiōne, iuxta illud: *Ab assuetis non non sit passio*: cum tamen explicans rerum essentias, ea spēctate debeat secundūm ea, quæ ipsis competunt per se, & ex natura sua, non autem, quæ per accidens, & contingenter. Ita Castrus de leg. pœnali, l. 1. c. 3. ex dictis inferens legem pœnalem posse definiri, quod sit lex, quæ statuit pœnam alicui infligi propter culpam commissam.

**Q**VÆRES II. quotuplicis generis sint pœnae, quæ inferri possunt Regularibus.

Respond. esse multiplicis generis: aliae quippe sunt spirituales (quales sunt censuræ, imò & priuatio officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, inhabilitatio ad gradus, dignitates, ac beneficia Ecclesiastica, aliae que id genus) & aliae corporales (qualis est flagellatio, pœna triremium, ictiunium, &c.) aliae sunt iuris communis, quæ latæ sunt in iure cōtra omnes Religiosos & aliae iuris particularis, quæ sunt propriæ cuiusque Ordinis; aliae sunt priuatiuæ, idest cōsistentes in priuatione (vt censuræ, inhabilitates, annullationes, & irritationes actuum: ) aliae positiuæ, quæ ad sui executionem pertinet aliquam actionem, sive faciendam ab ipsis met delinquentे, sive ab alio tertio, (qualis est exilium, flagellatio, & similia: ) aliae sunt ipso iure latæ, quæ ad delicti positionem consequuntur; & aliae ferenda, posito delicto, ferenda sunt à Iudice: aliae sunt perpetuæ; & aliae ad tempus, sive determinatum, sive indeterminatum; aliae sunt à iure & aliae ab homine.

**Q**VÆRES III. An usus pœnarū sit conueniens, imò & necessarius ad bonum regimen Regularium.

Respond. esse; & probatur, tum quia, vt bene adiuit Suar. tom. 4. de Rel. tract. 8. c. 9. n. 1. sine timore, ac disciplina non potest communitas humana in officio contineri, quantumvis bona videatur in hac vita mortaliz: vnde potestas directiva sine aliqua coercitione, infirma, ac ferè inutilis est; tum quia in hoc differunt laudabiles Religiones, inquit S. Bonaventura de sex alijs Seraphim, c. 3. & iam dilapsæ, non quod nullus peccans in laudabilibus reperiatur, sed quod nullus impunè peccare sinatur, & peccati aditus studiosè precludatur, & incorrigibiles, & alios insipientes eliminantur, & boni adiumentur, & diligantur, vt perseuerent, & in melius semper proficiant: tum quia certa constat experientia nulla alia via ciuius, & facilius disciplinam regularem relaxari, quam per impunitatem defectum, qui circa illam in dies committuntur; cùm è contra pœnae etiam leues, quæ oblata opportunitate infliguntur transgressoribus Regulariū, sumptuose coercent nimiam eas transgrediendi facilitatem; vt proinde dicat Petr. Dam. ep. 11. ad Gotifred. l. 7. *Illud etiam mihi non mediocriter displicer, quia in peccatis flagitiis, & temerariis iniquorum hominum ausib[us] coercendis remissior cerneris esse, quād debetas, ut dum peccatoribus parcis, augere peccatai conuinceris: enervatam quippe rigore iustitia statim exerbitur discipline, & dum ulti[ra] severitatis censura reprimitur, temeraria delinquendi licentia relaxatur; inordinata sanctæ pieas nutrit impietatē, & timida manus medici vulnus auger agrori. Quæ omnia sedulè debent perpendi à Prelatis regularibus; vt hinc cognoscant, quād solliciti debeat punire excessus, ac defectus suorum subditorum; memores grauioris illius comminationis, quæ contra ipsis statuitur;* Reg. 20. in hac verba: *Quia dimisi virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius, meminerint etiam saepè, quod pœna vnius*

vnius est multorum metus, *Instit. de exceptionib. §. hodie autem, C. ad legem Iul. repet. l. 1.* siveque discretè, ac opportunè puniant subditorum defectus iuxta monitum Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. de reform. sic dicentes: *Illud primum admonendos eos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita praesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominantur, sed tanquam filios, & fratres diligant, elaborentq., ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint debitis eos pœnæ coercere cogantur: quos tamen si quid per humana fragilitatem peccare contigerit, illa Apostolici est ab eis seruanda preceptio, ut illos arguant, obsecrant, increpent in omni bonitate, & patientia: cum sepè plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austoritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas.* Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum benignitate severitas adhibenda est.

**Quæres IV.** Vtrum conferat ad melius regimen Regularium, quod in Constitutionibus singularum Ordinum Religiosorum pro certis delictis etiā certæ taxentur pœnae, an verò quod hīc & nunc pro ratione excessus commissi imponatur pœna, quæ prudenti Superioris iudicio videbitur opportunior.

Respond. quod, licet in vtramque partem adduci possint rationes non paucæ, nec leues; simpliciter tamen loquendo, si ponamus, & Prælatos regulares esse discretos, prudentes, rectos, ac zelantes; & subditos esse timoratos, ac studiosos propria perfectionis, & salutis: non videtur expedire, ut in Religionibus pro certis delictis certæ statuantur pœnae; idque ob rationes sequentes. Probatur ergo hæc responsio,

1. ex eo, quod taxatio pœnarum supponit Religiosos duci, non amore filiali, sed timore seruili: qui tamen est minus commendabilis in viris Religiosis, ad perfectionem charitatis tendentibus;
2. quia ab afflictis non fit passio; ac proinde hoc ipso, quod certis excessibus certæ affligantæ sunt pœnae, subditæ eas minoris faciunt, illas minus timent, minùsque ex eorum timore deterrentur à dictis excessibus paträndis, quam fortè deterrentur, si ipsis certò non constaret de qualitate pœnae imminentis, adeoque possent eam expectare, etiam grauiorem illa, quæ de facto est assignata;
3. quia excessus, ac defectus, qui in dies committuntur, solent coniungi variis combinationibus circumstantiarum desumptis ex qualitate temporis, loci, personæ, ætatis, aliorumque similium, quæ non parum augere possunt delictum, aut diminuere; in praxi difficile est, quod in abstracto pro certo delicto certa pœna proportionata assignetur, quæ vel non excedat, vel non deficit;
4. quia, posita supradicta taxatione pœnarum, Superior difficultius potest euirare querimonias subditorum casu, quo ex iusta causa pœnam taxatam alicui, aut remittat, aut saltem ex parte diminuat (cum tamen iusta occurrere possint causæ id præstandi) quippe si subditis constat de qualitate pœnae infligendas; iisque sunt, (vt ita dicam) in mala fide, quod non ita facile eueniret, si pœnae taxatio relista esset arbitrio Superioris.

Rationes verò, quæ probant expedire, ut certæ taxentur pœnae, desumuntur 1. ex praxi, tum iuri communis canonici, ac ciuilis, tum particularis multorum Ordinum, qui præfaram pœnarum taxationem statuerunt; 2. ex eo, quod homines, attenta conditione naturæ corruptæ, plerumque deterrentur à vitiis, non tam amore virtutis, quam timore pœnae, iuxta illud; *Oderunt peccare mali formidine pœnae,* & quidem maximè, si certius videant sibi pœnam debitam imminere: sicut contingit in prælenti casu: 2. quia subditæ non ita irritantur contra Super-

*Pelizzari Manual. Regul. Tom. I.*

riores infligentes pœnas in iure præscriptas, ac si eæ essent ipsorum arbitrio commissæ, siveque suauior redditur regularis gubernatio: 4. quia stante præfata taxatione pœnarum subditi magis arcentur ab excessibus, vt pote videntes se hac ratione difficultius posse effugere pœnam, reclamante contra ipsum Superiorem lege illam præscribente; qui propterea strictius vrgetur ad eam infligendam, quam si id eius arbitrio fuisset commissum. Quæ rationes suadent quidem, attenta humanæ naturæ corruptela, ac refrescētis charitatis diminutione, expedire, ut in Religious Ordinib. supradicta pœnatū taxatio statuatur, non tamen conuincunt id absolute esse necessarium, quod tātū nos afferuimus in hac nostra respōsione.

**Quæres V.** An Regulares puniri possint non solum à propriis Prælatis, sed etiam ab Ordinariis locorum, & à Iudicibus laicis.

Respond. non posse puniri, nisi à propriis Prælatis; cum hi solum habeant in eos iurisdictionem, quæ requiritur ad potestatem coercendi, ut bene ostendit Suar. *Supr. n. 3.* non item à Iudicibus laicis, vt pote nullam habentibus iurisdictionem in personas religiosas, sicut ostendimus in *tract. de priuileg. cap. 6. sect. 2.* imò nec ab Ordinariis, nisi in iis casibus, in quibus tanquam Sedis Apostolicæ delegati possunt se immiscere, eo modo, quo diximus supt. in *ead. tract. eod. cap. sect. 1.* & indicat Rodriq. *tom. 2. q. 2. art. 6.*

Vtrum verò potestas coercitiva competit omnibus Prælatis regularibus, etiam localibus respectuè, quoad proprios subditos.

Respond. competere, nisi fortè ex yslu Ordinis, præcepto Prælati superioris, aut peculiari aliquo statuto sit restricta ad certos casus, ac limitatas pœnas: quod sine dubio non potest colligi, nisi ex yslu, ac Constitutionibus vniuersalibus Religionis, quæ proinde in casu occurrenti debent attendi, & seruari; sicut notat Suar. *Supr. cap. 9. n. 4.* Ratio responsionis est, quod Prælati regulares, etiam locales in Religiosos subditos habent iurisdictionem quasi Episcopalem ex indulto bullato per Pium V. concessio Dominicanis, & relato à Rodriq. *in bullar. bull. Pg. V. in ord. 13.* Constat autem Episcopos quoad suos subditos puniendo iuxta sacros Canones habere potestatem illimitatam; ut quotidiana testatur experientia.

**Quæres VI.** Ex quo iure debeant desumi pœnae Regularibus infligendæ.

Respond. debere desumi ex peculiaribus statutis cuiusque Ordinis, si extant; sin minus, ex Pontificiis Constitutionib. aut etiam (his deficientibus) ex iure canonico, imò & ciuili, si desit canonicū; & si adhuc hoc minus sufficiat, ex iure municipali, ac legitimis consuetudinib. Et quidem quod in punitione Regularium procedi debeat iuxta peculiaria statuta vniuersalibus Religionis, non autem secundum Ius commune: patet, tum ex concessione bullata ad id facta à Bonif. VIII. Ordini Minorum, & relata à Casarubio in *comp. v. correctio Frairū, n. 6.* his verbis. *Bonif. VIII. concessit, ut, Prelati Ordinis Minorum ad correctiones, & punitiones Fratrum eiusdem Ordinis delinquentium infligendas, ad quos eadem spectare noscuntur, rimulis, & apicibus Iuris postpositis, liberè procedere valeant secundum consuetudines approbatas, & generalia statuta ipsius Ordinis facta, & fienda (quæ concessio, teste Casarub. *Supr. num. 8.* à Bonif. IX. fuit facta, etiam per Bullam Ordini Prædicatorum, & per participacionem est communis Religiosis aliorum Ordinum; ) tum ex Clem. I. de priuileg. cap. 1. quæ sic habet: *S; qui verò premissa, vel aliquod de premisis attentare presumperint (loquitur de Religiosis) per duos menses subiaceant pœnis illis, quæ secundum eorum regulam, vel**

A 2 statuta

## 4 De pœnis Regularium in genere.

*statuta pro granibus criminibus, seu culpis eis confue-  
runt imponi: tum ex cap.fin. de statu Monach. § porro,  
vbi dicitur Monachos S.Benedicti delinquentes puni-  
niri debere, iuxta B.Benedicti regulam, & Apostoli-  
ca instituta. Ex quibus ultimis verbis colligit Peyr.  
in formulario lit.S.cap.3.n.5.deficientibus statutis re-  
gularibus, pecuniarum qualitatem taxantibus, Regula-  
res puniendos esse iuxta Apostolica instituta; &c, si  
haec item desint in casu aliquo, reurrendum esse  
etiam ad ius ciuile eo modo, quo supra diximus, &  
non obscurè innuitur d.12.cap.7. iis verbis: Si in ad-  
iutoriorum vestrum etiam terreni imperij leges assumendas  
putatis, non reprehendimus. ita Peyr.supr.cum Thom.  
à Iesu, Rodriq, Manso, Aldret, & aliis addens cum  
Ghil. cap.13.de Iudice regul. n.14. Protectores, &  
alios, ad quos Regulares de iure possunt recurrere,  
teneri indicare in causis eorum iuxta regularia statuta,  
& non aliter: cum iura allegata indefinite lo-  
quantur, & vt pontificia adstringant quoscumque  
Iudices Regularium iuxta regulam: lex generaliter  
toquens generaliter debet intelligi.*

8. Notat autem Rodriq. tom.2.q.22.art.7.quod,cum  
Bonifac.IX. in priuilegio superius citato concesserit  
Ministro generali Ordinis Prædicatorum, ut ipse, &  
alijs Presidentes dicti Ordinis in correctionibus Fra-  
trum eiusdem Ordinis Iuris ordine postposito, secundum  
consuetudines approbatas, & instituta Ordinis antedicti  
procedere libere, & licite possint, & valeant; & haec  
ipsa concessio, vt fauorabilis statui Religioso, etiam  
aliis Ordinibus per viam communicationis compe-  
tat: non debent Regulares Prælati grauiores causas  
Religiosorum subditorum definire absque consilio  
ad minus eorum, qui in causis Regularium sunt ver-  
satii; si quidem haec est consuetudo communiter ap-  
probata in Religionibus: & merito, cum uniuersitate  
credendum sit in sua arte, quod etiam confirmatur ex  
quodam decreto Pij V. relato in Comp.S.Hieronymi,  
v.condemnare: in quo statuitur posse quidem Priorem  
generalem Fratum ( intellige S.Hieronymi, & alio-  
rum Ordinum communicantium de ipsorum princi-  
piis) non expectato Capitulo, se solo dannare ad  
vires, sive ad tempus, sive perpetuo, non tamen  
posse id facere, nisi de consilio Seniorum, quod est  
dicere, ipsum teneri petere consilium Seniorum (Pa-  
trum scilicet ad tale munus deputatorum, qui in ali-  
quibus Ordinibus vocantur *Discreti*, in aliis *Vocales*,  
in aliis *Consultores*, &c.) non tamen teneri illud sequi,  
vt recte adiuvit Rodriq. loc.supr.eit. sicut puto in  
Religionibus obseruari, cum & prudentia, & aequitas  
id requirat: vnde Proreb. 11.dicitur: *Salus, ubi multa  
consilia: & cap.12.Via stulti recta in oculis eius: qui au-  
tem sapiens est, audit consilia.*

QVÆRES VII. An, & quomodo Regularium  
delicta grauius puniri debeant, quam delicta homi-  
num sæcularium.

9. Respondeo debere; quamvis semper aliquis locus  
misericordiae relinquï debeat. ita Peyr.supr.lit.P.c.16.  
n.5.& probatur, tum quia pena debet proportionari  
delicto: delictum autem Regularium ceteris paribus  
est grauius delicto sæcularium, non solum ratione  
votorum, cap.qui bona 17. q.1. sed etiam quia Reli-  
giosi maiorem habent de Deo cognitionem; cum  
tamen, cui plus datum est, plus requiratur ab eo: tum  
quia in sacris Canonibus puniuntur aliqua delicta  
Ecclesiasticorum, quæ tolerantur in sæcularibus (vt  
frequentatio domus fœminatum, cap.Clericus d.81.  
Iudicis alearum, cap.Episcopus d.35.negotatio, cap.ne-  
gotiatorem d.88. & similia,) quod est signum delicta  
Ecclesiasticorum, & consequenter à fortiori hominū  
Religiosorum grauius esse punienda, quam punian-

tur delicta sæcularium; tum quia peccata Regularium  
sunt magis pernicioſa bono communi, vt pote  
alios ducentia ad interitum, cap.qualis 8.q.1.vnde, &  
sunt grauiora, adeoque maiorem merentur pœnam.

Dixi, quamquam semper aliquis locus misericordiae  
relinqui debeat, vt indicarem in puniendo admis-  
cendam semper esse misericordiam rigoris; ita sit amor,  
sed non emollientis, ait S.Gregor.lib.20.mor.cap.6.sit ri-  
gor, sed non exacerbans; sit zelus, sed non immoderatè ſe-  
niens; sit pietas, sed non plus, quam expeditat, parcens:  
quod ſpectat, quod ait Concil.Trid.ſess.13.de reform.  
cap.1. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit,  
tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia indi-  
cium, cum lenitate ſeveritas adhibenda eſt. Imò inquit  
S.August.ſerm.26.ad fratres in eremo: Melius eſt, vt  
redarguamus de misericordia, quam de crudelitate in  
die nouissimo: ſuperexaltat enim misericordia iudicium,  
(quod tamen non facit, quin etiam leuiores culpæ  
Religiosorum corrigi debeat à Prælatis; non enī  
charitas eſt, ſed languor malos humores non corri-  
gēte, cap.non putes 23.q.5.vbi additur hinc manere to-  
talem subditorum ruinam,) quæ omnia conſimmat  
S.Gregor.lib.8.reg.ep.16.ind.3.dicens: Plerumque plus  
virium habet diſcretia in correſtione remiſſio, quam in  
exequenda ultione diſcretio: adeo vt non nunquam hec  
ſidelio, atque ſubiectum: illa vero obſtinatum faciat,  
& emulum.

QVÆRES VIII. An potestas coērcitua  
Prælatorum regularium extendatur ad omnes Reli-  
giulos sui Ordinis, etiam electos, imò & promotoſ  
ad dignitatem (v.g. Episcopalem, aut aliam ſimilem.)

Respond. extendi ad omnes, non tamen ad Reli-  
giulos legitime electos ab Ordine, vt pote qui ex de-  
creto Vibani VIII. relato ſupr.in tract.de priuile.cap.8.  
ſect.2.q.4.immediate ſubiciuntur Ordinario, & con-  
ſequenter eximuntur à iurisdictione Prælati regula-  
ris (quæ tamen necessariò ſupponit ad potestatam  
coērcitiam:) imò neque ad Religiosos, qui confe-  
rati ſunt in Episcopos, aut alio titulo plenè exempti  
ſunt ab ordinaria Prælatorum regularium potestate:  
idque ob rationem modò allatam. ita Peyr.supr.lit.G.  
cap.6.n.2.addens oppofitum dicendum eſſe de iis, qui  
nominati ſunt in Episcopos, ſed nondum ſunt con-  
ſecrati; hi quippe, cum non ſint exempti à Prælati  
regularis iurisdictione, niſi poſt consecrationem, vt  
exprefſe dicitur in Bulla Pauli IV. à Rodriq. adducta  
in Bullar.Conſt.4.Pauli IV. ſi interim delinquent, pu-  
niri poſſunt à iis Prælati regularibus: quippe qui  
adhuc ſubduntur eorum potestati, & gaudent priu-  
legiis Ordinis; adeoque par eſt, vt ſentiant, & onera;  
quod idem proportionaliter dicendum eſt de Reli-  
giis ſolū nominatis ad aliquod beneficium, & il-  
lud nondum pacifice poſſidentibus; ſecūs, ſi illud pa-  
cifice poſſideant: nam tunc, ſicut eximuntur ab ordi-  
nis iurisdictione, ita & ſunt immunes à potestato  
coērcitua Prælati regularis, vt iam non ſemel diximus.

QVÆRES IX. An Prælati regulares poſſint  
punire Nouitios ſui Ordinis.

Respondeo poſſe, & quidem non ſolū in caſu,  
quo delinquent contra regulam, aut ſtatutum reli-  
gionis; ſed etiam ſi committant alia delicta capita-  
li pena digna, (v.g. homicidium,) & velint manere  
in religione. ita Sanchez lib. 6. in Decalog. cap.10.  
num.12. & 14. Peyr.de Rel.Pr.qual.3.cap.1. § 7.n.192.  
aliique plures apud ipsum, patetque ex dictis ſuprā  
in tract.de gubernat.cap.3.num.48. ſi monero, quod ſi  
delictum commiſſum exigit, & reus torqueatur ad  
veritatem eruendam, poſtest Prælatus regularis No-  
uitium modo dicto delinquenti torqueare, & que-

10.

13.

11.

14.

12.

ac

ac si esset professus , cum id consequatur officium Iudicis , iuxta cap. cum in contemplatione , de regul. iur. potest inquam torquere , & quidem etiam per sacerdalem , vt notat Suar. de censur. D. 22. sect. 1. num. 44. Coninch. de cens. D. 14. num. 191. & alij contra Peyr. supr. num. 195. oppositum afferentem cum Nauarro, Rodrig. qui Peyr. ait num. preced. quod si Nouitius committeret aliquod delictum , quod mortem non mereretur (furtum, v.g. aut adulterium) posset puniri à Prælato regulari, etiam si vellet egredi è religione; cùm ex una parte talia delicta minus sufficienter puniantur per solam dimissionem à religione ; ex alia parte multum intersit Reipubl. ne delicta maneat impunita , & alioqui probabile sit Nouitium ob tale delictum non punitum iti post egressum ab ordine. Nec obstat, quod sic videtur impediri libertas Nouitij ad exeundum contra cap. statutum , de regul. & cap. non solum, eod. tit. in 6. siquidem hi textus non loquuntur in casu, quo Nouitius ratione delicti fiat subditus suo Prælato regulari. iuxta l. 1. C. vbi de crim. agi oport. 1. iuncta Gloss. de Rapt.

**QVÆRES X.** An Prælati regulares possint punire Moniales sui Ordinis.

Respondeo posse, si ipsorum iurisdictioni reuera subsint ; non item, si Ordinatis loci subiaceant plenè, & per consequens sint exemptæ ab iurisdictione Ordinis. patet ex dictis supr. in tract. de gubern. cap. 3. n. 47. & Portel. de dub. Regul. v. Prælatus, n. 7.

**QVÆRES XI.** An Prælati regulares possint punire Religiosum subditum iuxta allegata probatum nocentem , si ipsi ex scientia priuata sciant illum esse innocentem.

Respondeo, quod cùm Less. P. Nauarr. Sylu. Maled. & alij apud Dianam part. 5. tract. 4. resol. 22. probabile putent etiam Iudicem saceralem in proposito casu non posse punire reum , quem ex priuata scientia nouit esse innocentem; & Prælati regulares iuxta dicta q. 6. non teneantur in iudicandis causis suorum subditorum seruare apices Iuris ; probabile videtur eos non posse punire tanquam reum, quem certò sciunt esse innocentem, imò teneri non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia ( nimis ratione officij quod exercent) adhibere media opportuna ad manifestandam illius innocentiam , cùmque libera re : & hoc etiam recurrendo ad Prælatum Superiorum, qui cognita rei innocentia cum ex supra sua potestate liberet, relaxata pœna, quæ ipsi secundum allegata, & probata deberetur, idque siue agatur de inferenda morte, aut mutilatione, siue de infligenda alia minori pœna ( qualis esset priuatio officij, gradus, vocis actiua, & passiuæ, &c.) licet enim Lessius lib. 2. cap. 29. num. 84. & alij putent supradictam doctrinam non habere locum , nisi in causis grauioribus mortis , aut mutilationis : loquendo tamen de causis Regularium, quæ inter ipsos tractentur, censeo illam militare etiam in causis minus grauiibus : idque mihi suadeo ex eo quod Prælati regulares in suis iudicis non tenentur seruare apices Iuris ; cum aliæ potissima ratio afferendi Iudicem teneri condemnare eum, qui secundum allegata probatus est nocens , esto ipsi constet ex scientia priuata illum esse innocentem , sit ad seruandum Iuris ordinem : quæ ratio cum cesseret respectu Prælati regularis ob causam modò allegatam , vtique eum non astringit ad reum in præsenti casu puniendum, saltem in causis minus grauiibus , ita docti recentiores à me consulti, & meo iudicio satis probabiliter; patetque tum ex dictis, tum quia eatenus ratio naturalis dicit Iudicem debere sequi notitiam publicè receptam per allegata, & probata , quatenus adest periculum , ne

Pellizzarii Manual. Regul. Tom. II.

facilè aberret in iudicando, & deflectat à veritate, & iustitia : hoc autem periculum non adest in præsenti casu ; cùm potius Iudex videat eius iudicium fore omnino iniustum, si procedat secundum allegata, & probata : quo modo constat cessare rationem procedendi secundum allegata ; cùm obligatio legis cesseret, quandocumque ex eius obseruatione sequitur id, quod est contrarium fini per ipsam legem intento ; alioqui detorqueretur ad iniuriam , quod pro seruanda iustitia introductum est.

**QVÆRES XII.** An Prælati regulares possint Religiosum subditum condemnare ex priuata scientia, aut certè non citatum, nec auditum.

Respondeo regulariter non posse; & probatur ex eo, quod licet in iudicandis causis Regularium non sit opus seruare apices Iuris, vt diximus quest. preced. id tamen intelligi debet, de iis, quæ spectant ad formam iudicij accidentaliter , non autem de iis, quæ spectant essentialiter , & sunt solemnitates substantiales : cuiusmodi est, quod non condemnatur reus, nisi citatus, & auditus : quæ solemnitas ita est de ratione formæ indicialis , vt non solum iure gentium recepta sit , sed videatur esse iuris naturalis , iuxta Clem. Pastorale, in qua versus finem dicitur: *De criminis graui delato facultas defensionis, que à iure naturali peruenit, adimi non valet, cum illa tollere Imperatori non licuerit, que iuris naturalis existunt: quamquam in iure, tum canonico, tum ciuili id, quod propriè est iuris gentium, dicatur Iuris naturalis,* ( vt ostendit Lessius supr. cap. 5. num. 18. vnde fit, vt Prælatus regularis modo supradicto condemnans reum non auditum, nec tacitum, ferat iudicium, & illicium, & inuidum: vt pote carens debita solemnitate substantiali. Dixi regulariter, quia potest dati casus, in quo Prælatus regularis potest condemnare subditum non citatum, nec auditum : vt si delictum vere sit, aut certò constet de eo, & aliæ iuridicè procedi non possit in eo sine periculo grauiis turbationis, aut graui præjudicio boni communis, vel etiam personæ alicuius particularis : vt in simili notat Lessius supr. cap. 29. n. 100. monens num. 102. hanc doctrinam non procedere solum in condemnatione ad mortem, aut mutilationem, sed etiam in priuatione officiorum perpetuorum, carcere, ac exilio : eamque adstringere tam Prælatos supremos , quam inferiores; quod dicit num. 93.

Addit autem Peyr. supr. lit. P. cap. 16. num. 2. quod, cum ad formam iudicialem alia requirantur de iure diuino ( videlicet accusatio delicti, seu denuntiatio, rei citatio, æqualitas Iudicis erga partes, testium pluralitas, & partis auditio) alia de iure naturali ( nimis recusatio Iudicis inimici, appellatio, defensiones legitimæ , iuramentum de veritate dicenda, quod datur testibus, testium secreta interrogatio, quod constet de delicto facti permanentis, & quod inimici repellantur ab accusando , aut testificando) & alia de iure positivo, v.g. quod libellus accusacionis , seu denuntiationis offeratur in scriptis ; quod reorum citatio realis , seu verbalis fiat tali, vel tali modo; quod fiat debita litis contestatio; quod partibus tale, vel tale tempus prescribatur ad respondendum, seu probandum: quod adsit sufficiens numerus testium in delicto probando; quod non admittantur dolosæ protelationes ; quod citetur reus ad videntium iurare testes ; quod sententia non feratur, nisi tali loco, tali die, & tali modo, nempe sedendo: quod citationes non fiant, nisi per interualla, aliaque id genus, quæ prosequuntur Miranda de ord. iud. q. 14. art. 2. concl. 2. & Ghisler. de indic. Regul. cap. 11.

Addit, inquam Peyr. in iudiciis personarum regu-

A 3 larium

## 6 De pœnis Regularium in genere.

Iarium non solum seruanda esse, quæ pertinent ad formam iudicialem de iure diuino, & naturali, sed etiam quæ sunt de iure positivo, & non spectant præcisè ad apices iuris, nec sunt puræ solemnitates, quæ faciunt ad iutandam essentiam iudicij, ac conditiones, quæ de iure diuino, & naturali requiruntur: qualia sunt dilations congrua, exceptiones legitime, traditiones nominum, ac dictorum testium, citatio partium ad sententiam, &c. haec enim debent obseruari, non obstante, quod in iudiciis Regularium non sit opus seruare apices iuris: si quidem per apices iuris, qui possunt omitti in præfatis iudicis Regularium, non veniunt nisi ea, quæ habent rationem puræ solemnitatis; nempe citatio die non feriata, libelli porrectio in scriptis, litis contestatio, testium pluralitas, longæ dilations, receptio testium post publicatas attestations, prolatio sententiae sedendo, &c.

**Q VÆRES XIII.** An Prælati regulares possint punire suos subditos nullo modo delinquentes, & quo pacto.

18.

Respondeo posse; quamvis talis punitio non tam dicenda sit pœna, quæ supponit culpam, quam pœnalitas, quæ non requirit culpam, sed causam: ut apertè colligitur ex regul. 23. de regulis iuris in 6. *Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus: causa autem in præsenti casu esse potest, tum bonum spirituale Religiōsi modo supra dicto puniti, cuius profectus multū confert exerceri in actibus mortificationis: tum bonum spirituale totius Ordinis, ad cuius augmentum iuxta dicta q. 3. summopere conductus, quod corriganter, & puniantur quemcumque errata, quantumvis levia, in & materialia, quæ scilicet facta sunt inuoluntariè, & sine debita advertentia; quod in terminis habetur p. 3. Conſit. Soc. Iefi, cap. 1. num. 15. his verbis: Pœnitentias vero huiusmodi prompta voluntate quisque admittere deberet cum vero emendationis, & spiritualis profectus desiderio, etiam si propter defectum non inculpabilem iniungentur. ita Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 11. Peyr. de R. S. queſt. 1. cap. 5. & alij ex S. Thom. 2. 2. queſt. 108. art. 4. patetque tum ex dictis; tum quia errata supradicta, etiā sint inculpata coram Deo, & quoad forum internum, sunt tamen culpabilia, quoad forum externum, adeoque sicut in hoc foro presumuntur esse delicta, ita & in eo possunt puniri; & hoc, etiam si defectus, qui punitur, sit commissus contra regulam non obligantem ad ullam culpam.*

Difficultas hīc solum esse posset, an Religiōsi in præsenti casu sub aliqua culpa teneatur implere pœnas, siue taxatas à regula, siue impositas à proprio Prælato; & ratio difficultatis est, quod cum Institutio regularē generaliter tradat se nolle obligare ad regulas sub villa culpa, (ut suppono) si postea intenderet obligare sub culpa ad subeundam pœnam ibi taxatam, manifestè sibi contradiceret: cùm ista pœna debeat ex regula, & consequenter iam detur regula obligans sub culpa.

Respondet Sanch. sup. num. 13. ex Caiet. Armil. Val. & Viguer. Religiōsum non teneri in casu proposito implere pœnam sub villa culpa, nisi interueniat peculiare Superioris præceptum obligans ad dictam pœnam; & hoc ob rationem modò allatam; oppositum sustinent S. Antoninus, Azor, & Caſtr. relati ab ipso Sanch. afferentes esse culpam non subire pœnam regulis taxatam, aut à Superiore impositam; probantque ex eo, quod conditor regulē expressè dicit se obligare transgressores ad pœnam, etiā non ad culpam; cùm tamen, vbi adest obligatio, ibi & præceptum adest oporteat: & vbi adest transgres-

sio obligationis; ac præcepti, ad sibi culpa. Verum opiniatio Sanchez est valde probabilis; pareatque sufficienter, si solum explicetur, quoad eam partem, nisi interueniat peculiare Superioris præceptionis obligans; explicatur autem sic: duobus modis potest Religiōsus obligari ad subeundam pœnam impositam ob transgressionem regulē: 1. ex ipsa regula taxante talem pœnam: 2. ex præcepto Superioris ipsi mandantis, ut dictam subeat pœnam; quod sine dubio potest Superior præcipere ratione voti obedientiae, quo Religiōsus voluntariè se adstinxit in ipsa professione, modò Religiōsus in præsenti casu committit culpam non implendo pœnam iniunctam ob violationem regulē, non quidem quatenus imponitur à regula, quo pacto nulla est culpa omittere pœnam taxatam in regula, sed quatenus præcipitur à Superiore potente, & volente obligare ad culpam, siue mortalem, siue venialem iuxta formam præcipiendi, qua dictus Superior vtitur; præterquam quod Religiōsus, etiam secluso voto obedientiae, in ijs, quæ spectant ad ciuitatem, & politicam monasterij gubernationem, inter quæ sine dubio recensetur punitio defectuum, qui dicitur committuntur à Religiōsis) tenentur obediens Prælato regulari, non secus ac filiis familias teneantur obediens patris familias; vnde fit, ut sicut hi peccant detrectando pœnas ipsi iniunctas à patre familias in pœnam defectuum moralium, quos committunt; ita & peccabunt Religiōsi renuentes sustinere pœnam iis à Superiore iniunctam ob transgressionem regularum, aut alios tales defectus.

**Q VÆRES XIV.** An Prælatus regularis possit punire Religiōsum sui Ordinis peregrinantem, qui fortè delinquat in monasterio, cui dictus Prælatus præest, idque, etiā breui illuc commoraturus sit, ad alia loca diuertens.

20.

Respondeo cum distinctione; vel Religiōsus iste peccat contra ius commune, aut etiam proprium totius sui Ordinis; & sic potest puniri à Prælato Monasterij, in quo delinquit: cum hoc pacto, sin minus ratione domicilij, saltem ratione delicti ibi commissi fiat subditus illi Prælato iuxta cap. 1. de Rapt. vel peccat contra ius proprium, & (ut ita dicam) municipale monasterij, per quod transit; & sic non potest puniri à Prælato dicti monasterij; cùm nullo modo ei subiiciatur, neque ratione domicilij (ut patet) neque ratione delicti, ut constat ex eo, quod non potest dicit delinquere contra legem, quia non tenetur eam seruare: cùm tamen probabile sit peregrinum de iure communī non teneri seruare leges proprias loci, per quem obiter transit; ut pluribus probat Laym. l. 1. tract. 4. cap. 12. num. 4. cum Palud. Sylu. Rosel. Sanch. Corinc. Sayr. Angl. Aul. & alij. dixi, de iure communī; si enim in aliquo Ordine oppositum statutum sit (nimirum Religiōsos hospites fieri veros subditos Superioris monasterij, per quod transeunt: quo modo vere statutum est in Soc. Iefi regula 48. ex communib; in hac verba: Cum quis iter faciens transit per locum, vbi domus, aut collegium Societatis sit, ad aliud hospitium ne diuertat, eiusque qui illuc præest, obedientie subsit in omnibus, sicut & reliqui qui in eadem domo, vel collegio commorantur.) tunc vtique Religiōsi hospites tenebuntur seruare ius proprium monasterij per quod transeunt; & si cont. illud delinquant, iuste poterunt puniri, cùm sic iuxta dicta vere fiant subdit ratione delicti, ut patet.

23.

Quod si queras, cur Religiōsus hospes dicatur fieri subditus ratione delicti, si in monasterio, per quod transit, peccat cont. ius commune, aut proprium totius Ordinis, non autem in casu, quo peccat cont. ius municipale dicti monasterij.

Respon

24.

# Tract. VII. Cap. I. Sect. I.

7

**21.** Respondeo, rationem disparitatis in eo esse, quod Religiosus hospes ubique tenetur seruare, tum Ius commune, tum proprium totius sui Ordinis; adeoque si non seruet dicitur delinquare, & consequenter sit subditus ratione delicti (ut superius diximus) è contra verò non tenetur seruare ius municipale monasterij, per quod transit (excepto casu, quo declaretur subditus ubique ut item diximus supra) & sic, si contra præfatum ius delinquat, non ideo potest dici, quod sit subditus ratione delicti, cum illud non teneatur seruare.

Quæres XV. An, & quomodo Prælati regulares possint punire Religiosum subditum delinquente extra suum territorium.

**22.** Respondeo posse, si poena infligenda delinquenti sit ex iis, quæ ipso facto contrahuntur, Iudicisque executionem non requirunt (quales sunt censuræ ipso iure latæ): secùs, si sit ex iis, quæ Iudicis executionem requirunt, & quidem per actus iurisdictionis contentiose. Colligitur ex Castro Pal. tom. 3. D. 1. p. 24. §. 5. num. 23. 24. patetque ex eo, quod punitio in priori casu est actus iurisdictionis voluntaria, quæ sit absque strepitu iudicij, exerceri potest etiam extra proprium territorium: in posteriori autem casu est actus iurisdictionis contentiose, quæ non solum sit in inuitum (quo modo item exercetur iurisdictionis voluntaria) sed indigeat testibus, citatione, aut alia solennitate iuris; non potest exerceri in alieno territorio absque iniuria Iudicis, qui præst est tali territorio; cum talis punitio verè sit actus iurisdictionis contentiose.

Difficultas maior est, à quo Prælato debeat puniri Religiosus, qui in proprio territorio inchoat delictum, sed consummat in alieno, num à Prælato loci, in quo delictum inchoatum est, an à Prælato loci, in quo consummatum est.

**23.** Respondeo posse puniri, tum à Prælato monasterij, in quo Religiosus delinquens habet domicilium, & quidem non solum poena debita delicto attento, sed etiam consummato: cum ratione domicilij persona Religiosi delinquentis sit subdita Iudici domiciliario; tum à Prælato regulari loci, in quo delictum consummatum est: cum re vera delictum ibi dicatur commissum, adeoque delinquens ratione delicti factus sit subditus Prælato illius loci iuxta dicta supr. quest. preced. vnde, & dictus Prælatus ius habet vindicandi iniuriam sibi factam per læsionem à delinquentे illatam eius territorio. ita Castr. Pal. sup. num. 26. ex communि DD. sententia, Nald. v. delictum num. 5. Ex Claro, & Gutier. aliisque.

Vtrum verò Prælatus regularis loci, in quo modo super dicto Religiosus inchoat delictum in alico loco consummandum, possit punire delinquentem, si is non sit subditus illius, ratione domicilij, & quidem poena debita præfato delicto consummato.

**24.** Respondeo probabile esse quod possit; & probatur, tum quia Religiosus delinquens iuxta dicta sit subditus Prælato loci, in quo delinquit, adeoque potest puniri ab illo: attentatio verò, & consummatio delicti unum delictum censeri debet commissum in utroque loco, & consequenter in utroque loco est æquè punibile, cum inchoatio delicti sit coniuncta consummationi, sicutque delictum reputetur consummatum in illo eodem loco, in quo fuit inchoatum; tum quia talis est consuetudo iure gentium inducta, ut scilicet delictū subiiciatur Iudici tam loci, in quo inchoatur, quam loci, in quo consummatur; idque ne alias delicta maneant impunita, & quidem suffragante lib. cap. vbi de Criminibus agi oportet; tum denique, quia in casu proposito consummatio delicti

censetur moraliter fieri in illo eodem territorio, in quo inchoatur, esto physicè fiat in alio; cùm inchoatione delicti paretur via etiam illius consummationi. ita Castr. Pal. supr. n. 27. ex Suar. Farinac. Marsil. Abb. Felin. Bald. aliisque communiter, quamvis ingenuè fateatur hanc communem doctrinam non leuem pati difficultatem; cùm te vera, & in rigore iuris aliud sit inchoare delictum, & aliud, illud consummare, sicutque possit occurtere ratio dubitandi, an Iudex loci, in quo delictum inchoatur, alibi consummandum, possit illud punire, etiam ut consummatum; ut potè qui non potest illud punire, nisi ob iniuriam sibi factam; cum tamen Iudici loci, in quo delictum inchoatum est, non sit facta iniuria, nisi prout est attenuatum, non autem prout consummatum est, ut patet.

Quæri hic etiam posset, an Religiosus, qui deliquit in uno monasterio, ibique nollo modo fuit punitus, si postea muteret domicilium, possit puniri à Superiore Monasterij, in quo de novo incipit habitare.

**25.** Respondeo videri posse; & probatur, tum quia Card. Anton. Abb. Io: Calder. relati à Diaz in præt. crimin. cap. 9. concludunt in cap. cum contingat de foro compet. Iudicem domicilij posse cognoscere de delictis suorum Clericorum, etiam alibi commissis, & consequenter idem afferent de Prælatis regularibus, quoad Religiosos subditos; cum sit par ratio de his, ac de illis; præsertim stante, quod iuxta superius dicta Prælati Religionum habent in propriis subditos iurisdictionem quasi Episcopalem; tum quia Portel. de dub. Regul. v. pæna. num. 4. docet, quod si Religiosus delinquens fuit absolutus ob defectum probationis, & ille non resipiscit à delicto commisso, potest iterum accusati de eodem delicto: quod si hoc detur, & simul admittatur doctrina paulo ante relata ex Diaz, utique & debet concedi Religiosum, qui deliquit in aliquo monasterio, ibique à Prælato regulari non fuit punitus, si alio transferat domicilium, posse ibi puniri à Prælato illius alterius monasterij: ne alias Regularium delicta maneant impunita cum magno Religionis præiudicio; ut in casu simili aduertit Portel. sup. v. præscribere n. 3. ex Rodriq. tom. 3. addit. ad Sum. cap. 104. concl. 7.

Dices, quid si Religiosus delinquens in loco delicti minus dignè punitus sit, si postea alio transferat domicilium, potest ne iterum puniri à Prælato regulari loci, in quo incipit de novo habitare, ut si digna factis recipiat?

**26.** Respondeo posse; idque ob rationes adductas q. preced. iuncta illa regula; ut se habet simpliciter, ad simpliciter, ita secundum quid, ad secundum quid; quæ regula sine dubio probat, quod, sicut Religiosus delinquens potest simpliciter puniri à proprio Prælato, etiam de delicto commisso in alio territorio, si ibi non sit punitus, ita & poterit puniri, si minus dignè in loco delicti fuit punitus, quamquam necesse sit, ut hac in re magna, cum circumspectione procedatur, cum euenire possit, ut Prælatus loci, in quo Religiosus deliquit, iustis de causis hic, & nunc iudicatur moderari pœnam debitam illi Religioso, adeoque falsum sit hunc non fuisse dignè punitum, & consequenter posse iterum puniri, ut digna factis recipiat; si quidem, ad hoc ut dicatur dignè punitus, sufficit, ut ei à legitimo Superiore inficta si pœna, qualis, spectatis omnibus circumstantiis, iudicio boni viri censetur proportionata delicto commisso.

Quæres XVI. An Prælatus Regularis inueniens multos ex suis subditis commisso aliquem graviem excessum, debeat punire omnes, & singulos.

## 8 De pœnis Regularium in genere.

27.

Respondet Nald. ver. delictum, num. 1. ex Abb. in cap. Clericus de cohabit. Cler. & Mul. num. 4. non debere, sed sufficere, ut incipiat à principalioribus; nimis ab iis, qui ex circumstantiis concurrentibus in eo genere excessus censentur plus deliquisse: idque, ut alij eorum exemplo perterriti magis retrahantur à similibus excessibus. Ita Nald. sed non probat: probari tamen potest, quod sic ex una parte delicta non manent impunita; ex alia melius consultatur paci, ac tranquillitati monasterij, quæ multum laederetur, si punirentur omnes, & singuli Religiosi, qui præfatum excessum patrarentur; verum tamen est, quod superior in hoc casu debet esse valde circumspectus, ne, dum querit monasterij quietem, existimetur acceptator personarum, siveque vitans scilicet incidat in charybdim.

QVÆRES XVII. An, & in quibus casibus Prælati regulares possint commutare, augere, minuere, aut remittere pœnam in iure, sive communi, sive proprio Ordinis pro hoc, aut illo delicto taxatam.

28.

Respondeo posse, si sint Prælati supremi (nempe Generalis) & taxatio pœna facta sit in iure proprio Ordinis: hi enim possunt dispensare in taxatione pœnae, modis sūp. dicitis, cum eorum potestas ad hoc extendatur; non item, si sint Prælati inferiores; hi namque debent seruare taxationem pœna iuxta cap. liceit de pœnis: & hoc multò magis post sententiam latam cap. si quem 2. quæst. 3. excipe, si pœna legis sit posita in arbitrio Iudicis, aut in causa processum sit via accusationis, & pars consentiat, ut post sententiam pœna relaxetur: aut moderetur: in quibus casibus etiam Prælati non supremi possint commutare, augere, minuere, aut remittere pœnam. ita Portel. de dub. Regul. v. correcțio frarum num. 54. ex Vimberto in præf. Inquisit. v. Iudex addens quod, quando crimina sunt extraordinaria, aut affecta particularibus circumstantiis aggrauantibus, vel minuentibus, potest Iudex (intellige, sine supremus, sive inferior) augere, aut minuere pœnam ordinariam l. hodie, ff. de pœnis; quod etiam bene animaduerit Sà v. Iudex, num. 8. monens hanc doctrinam non habere locum, nisi ante sententiam, non autem post: quamvis alias concedat Iudicem inferiorem ex magna causa posse facere contra legem Superioris, & omittere punitiōnem, si agnoscat inde secutura esse grauiora mala; quæ sunt valde notanda. Quin etiam addit Sà loco citato in casu, quo pars læsa petat punitiōnem, ne supernum quidem Principem posse remittere pœnam debitam laediti; idque ne faciat contra ius personæ læsa, cui nec Princeps supremus potest præiudicare. nisi ex causa graui concernente bonum commune; ut passim tradunt DD. & in terminis Sanch. lib. 6. conf. c. 1. d. 21. n. 6. cum Sylu. Nau. Armil. & aliis.

29.

Dixi, & taxatio pœna facta sit in iure proprio Ordinis ad indicandum, quod si taxatio facta sit in iure communi; tunc neque supremus Prælatus potest pœnam taxatam commutare, augere, minuere, aut remittere, cum inferior non possit dispensare in iure Superioris, quale sine dubio est ius commune, etiam respectu Prælati regularis supremi: Quod tamen Sanch. super. num. 10. cum multis aliis DD. putat esse limitandum, nisi occurrat iusta causa aliter faciendi, docens, hac interueniente, posse Iudicem, etiam inferiorem tempore pœnam per legem taxatam: & hoc ex l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de ijs, qui notant. infam. l. et si Superior, & l. si Possidonium C. ex quibus causis infamia irroget.

30.

Causæ autem, ob quas potest temperari pœna præfixa delicto, sunt tres, (ut si delinquens sit puer, aut senex) doli defectus (ut si ex subita animi pas-

sione delictum commissum sit) consuetudo, quæ non sit mala, ac legitimè præscripta; conditio Iudicis, ut si Iudex, qui debet punire, non habeat potestatem infligendi pœnam legis: aut si reus fecit delictum dignum morte, & Iudex sit in factis constitutus (quomodo sunt Prælati regulares communiter) adeoque prohibentur morte damnare ita Sanch. sup. num. 11. qui non modò variis iuribus probat causas allatas, sed præterea addit iudicem inferiorem eodem modo posse temperare pœnam lege taxatam, etiam in aliis casibus: 1. si meritò sperretur ex diminutione pœnae emendatio delinquentis, præsertim si puniendus esset pœna mortis: 2. si post delictum commissum transiit magnum aliquod interuallum; vel tempus (intellige, nisi delinquēt sruisset accusatus, & ob eius absentiam non potuit puniri:) 3. si accusatus statim sponte fatetur crimen, & non meru probationum (tunc enim minui debet pœna, nisi alioqui periculum aliquod immineat animæ, aut Ecclesiæ:) 4. si concurrat aliqua circumstantia ex qua delictum reddatur leuius; si quidem par est, ut, sicut pœna incurritur ob delictum, ita & decrescat, hoc decrecente: quod recte aduertit Sanch. subd. num. 52. has causas tunc demum esse iustas ad minuendam pœnam legis, quando lex ipsa non exprimit, nullam aliam pœnam debere imponi, aut manifeste, non prohibeat pœnam mutari; prout dicitur cap. super eo de Rapt. tunc enim non liceret pœnam mutare.

Addit Sanch. n. 12. ex Sylu. Lopez. Nau. Turrecr. Arm. Couar. & aliis Iudicem inferiorem non solum posse minuere pœnam lege taxatam in casibus allatis, sed etiam posse illam augere si interueniat iusta causa; ut si adessent multi publici latrones, aut plura perpetraretur homicidia, & opus esset in exemplum aliorum exhibere singulare aliquod specimen vindictæ contra eiusmodi delinquentes, ut sic alij tantò efficaciùs à similibus facinoribus retraherentur.

Præterea quando poena non est præscripta per legem, sed commissa arbitrio Iudicis multò magis potest Iudex inferior pœnam temperare, prout qualitas, & circumstantia delicti patiuntur, & quidem potius propendendo in misericordiam iuxta l. recipiendum. ff. de pœnis. S. Thom. 2. 2. quæst. 67. a. 4. ad 1. Sylu. Turrecrem. & Castrus relatos à Sanch. supr. n. 14. qui cum Castro, aliisque doctis recentioribus Magistris notat, quod, licet Iudex in præsenti casu possit pœnam minuere, non tamen potest eam omnino remittere; cum ius Iudicis arbitrio solum committat pœnae qualitatem, & quantitatem, non autem totalem pœnae remissionem.

QVÆRES X VIII. An Regulares ante iudicis sententiam teneantur subire pœnas taxatas, siue in regula, siue in alio iure.

Respondit, licet Theologi communiter assertant cum S. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 3. in corp. & ad 3. absolute pœnam non esse subeundam ante sententiam. idq; verum sit regulariter, nisi aliter constet de rationabili voluntate Legislatoris, nihilominus hoc non facit, quin Regulares possint obligari ad pœnas in regula præscriptas, etiam ante sententiam, si ex sint moderatae, nullum periculum graui infamæ inde proueniat, & id ipsum in regula, aut alias legitimè prescribatur: quo modo de facto, teste Cajetano 2. 2. quæst. 186. art. 9. ad 2. dub. inter regulas Dominicanorum præcipitur, ut qui septies silentium fregerit inter duo capitula, sedeat in uno prandio in terra, Colligitur ex Baldel. lib. 5. D. 42. num. 7. pro se referente Sua. lib. 5. de leg. cap. 5. num. 15. 16. Salas D. 15. de leg. secl. 2. num. 32. Cordub. Couar. Nau. & alios; patetque, tum quia licet sit contra iustitiam, ut quis non

34.

35.

36.

37.

38.

# Tract VII. Cap I. Sect I.

9

P

non accusatus, neque conuictus de crimine cogatur ad pœnam; qui tamen est sibi conscientia delicto, satis est accusatus, & conuictus in foro conscientiae, ac proinde in tali foro iuste potest obligari ad pœnam. quidquid sit de foro externo; ) tum quia de facto id obseruatur in Ecclesia, ut constat ex Extrauag. *ambitiosa de rebus Eccles. non alien.* præcipiente Episcopis, ut si quod munus in visitatione acceperint, intra mensem illud restituant in duplum, ex Const. Pij V. præcipiente restitutionem fructuum beneficiariis omittentibus horas canonicas, aliisque similibus: tum quia, ut diximus ex Caiet. inter regulas Religiosorum interdum est, ut per se ipsi certas pœnas propter certa delicta exequantur, etiam si nullus Praelatus eas imponat ( quod sine dubio non fieret, si non esset licitum.)

**34.** *Dixi, si id ipsum in regula, aut alias legitimè prescribatur; si enim in aliquo Ordine per regulam quidem taxatae sint pœnae, non tamen per eam præcipiantur, ut Religiosi illas per se ipsos exequantur; tunc non tenentur illas exequi ante sententiam: cum nulla lex obliget ultra intentionem Legislatoris sufficienter expressam, & in nostro casu Legislator pex taxationem pœnarum solùm intendat statuere, quibus pœnis debeant Praelati punire defectus, ac excessus Religiosorum subditorum, ne alias in puniendo, vel nimis excedant, vel nimis deficiant: quod tamen non probat Religiosos delinquentes teneri dictas pœnas per se ipsos pati; talis est usus in religionibus, & laudabiliter; cum id sufficiat ad rectam gubernationem, siveque ipsa gubernatio redditur suauior, ut patet. Ita Peregr. in proœm. Constit. lit. A. §. 5. cum Sylu. v. religio 1. §. 12. aliisque docti Recentiores; qui tamen iuxta dicta in tract. de obligat. cap. 2. quest. 11. §. dubium, benè sustinent Religiosos delinquentes teneri subire pœnas siue taxatas in regula, siue in casu occurrenti iniunctas à Superiori; idque etiam Regula non obliget ad ullam culpam, nullamque faciat mentionem de obligatione ad pœnam; cum hoc sequatur ad votum obedientiae, & sit summe necessarium ad regularis disciplinae conseruationem: si quidem, ut benè aduertit S. Leo Epist. 2. Inferiorum ordinum culpo ad nullos magis referenda sunt, quam ad desides, negligentésque Clerares, qui sapè multam nutririunt pestilentiam, dum necessariam dissimilant adhibere medicinam. Vnde fit, ut, si Religiosus non exequatur pœnas ipsi ob occurrentes defectus iniunctas modo supradicto, peccet iuxta grauitatem maiorem, aut minorem pœnae impositæ: etiam si alias regula, quam profiteretur ad nullam omnino culpam obliget. colligitur ex Suar. l. 5. de leg. cap. 4. num. 6.*

**35.** *Qværes XIX. An statutum pœnam ponens delicto extendatur ad delicta commissa ante tale statutum.*

Respondeo, non extendi, si delictum, vel iam punitum est ( cum non deceat puniri bis in id ipsum,) vel pœna ipso iure per constitutionem imponitur; cum pœna trahatur à delicto, & delictum iam commissum eam trahere non possit, ut ex aliis bene notauit Felin. cap. quoniam de Constit. num. 14. secūs, si pœna imponenda sit à iudice pro delicto non punito; tunc enim si pœna per legem nouam imposta sit conuenientior delicto commisso ( quod semper debet præsumi ) secundum illam iudicandus est delinquens: quia ad imponendam pœnam regulatiter attenditur tempus sententiae ex l. penult. ff. si ex noxali causa agatur, ubi seruus delinquens in seruitute, & constitutus in libertate puniatur, non ut seruus, sed ut liber: non item, si pœna antiquæ legis

erat conueniens delicto; tunc enim secundum illam debet puniri ex l. iff. de pœnis, & cap. fin. de sent. excommunic. Ita Castr. Pal. tract. 3. D. 5. p. 3. §. 5. num. 11. ex Bartolo, Farinac. & aliis.

**36.** *Qværes XX. An Regularis violans legem obligantem ad certam pœnam post certum tempus, peccet, si eam violet, priusquam dictum tempus elabatur.*

Respondeo peccare, esto sit immunis à pœna. Ita Sorbus in comp. ver. de largit. mun. in declarat sub fidem, cum Castro de leg. pœn. l. 1. cap. 1. aliisque communiter contra Nau. conf. 1. de Constit. n. 14. & probatur, tum, quia frustra expectatur exitus, cuius eventus est nullus: tum, quia tempus illud apponitur ad hoc, ut transgressores non possint se excusare allegando causam ignorantiae, & sic effugere pœnam, non autem ad suspendendam obligationem ipsius legis.

**37.** *Qværes XXI. An Regularis subiaceant pœnis iure communis latis contra Clerum, concurrente eadem ratione in utrisque.*

Respondeo quid, quamvis plures DD. apud Sanchez l. 3. de matr. D. 4. 2. num. 4. dicant legem, quantumvis pœnalem, extendendam esse ad casum, in quo militat eadem ratio, præsertim si ratio exprimatur in ipsa lege; nihilominus idem Sanchez. l. 10. de matr. D. 4. n. 3. & l. 2. in Devalag. cap. 29. n. 13. l. 6. c. 16. num. 78. Diana p. 1. tract. 10. resol. 26. & p. 5. tract. 10. resol. 81. aliisque apud ipsos probabilitates sustinent oppositum, adeoque, si velint consequenter philosophari, tenentur negare Regularis subiaceare pœnis iure communis latis con. Clerum; idque, etiam si eadem ratio militet in utrisque: probant tum, quia Religiosi in odiosis non veniunt nomine Cleri, ut notant Coninc. Laym. Vgol. Alter. & Portell. penes Diana p. 5. resol. cit. tum, quia lex pœnalis non pendet, quoad pœnam omnino à ratione ( quomodo pendent aliae leges, unde ratio legis dicitur eius mens, & anima) sed etiam ex voluntate Legislatoris talem pœnam indicentis; & sic recta ratio dictat quidem criminis puniri, non tamen cogit ad hanc, vel illam pœnam statuendam: inquit id pendet ex sola voluntate legislatoris, quæ et si aliquam petat congruentem rationem, non tamen ea necessariò cogit ad illam potius pœnam statuendam, quam aliam ( ex quo inferunt DD. in pœnis non valere argumentum à simili) tum denique, quia, loquendo etiam de lege non pœnali, probabile est Religiosos non venire nomine Cleri; ut constat ex eo, quod DD. communiter norant in decreto Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. statuentis nullum, etiam Regularis posse confessiones sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nisi præhabita approbatione Ordinarij, non comprehendendi Regularis, adeoque ad audiendas confessiones pœnitentium Regularium non requiri præfatam approbationem: quod est signum in eiusmodi legibus nomen Cleri non extendi ad Regulares.

**38.** *Qværes XXXII. An Regularis obligentur in conscientia ad obseruantiam Regulæ obligantis ad pœnam, ( seu quod idem est ) legis pœnalis.*

Respondeo, quid, licet certum sit posse dari regulas simul obligantes ad culpam, & pœnam; ut colligitur ex Suar. de leg. l. 5. cap. 3. num. 2. id probante de lege pœnali: abolute tamen, & regulariter regula obligans ad pœnam non hoc ipso obligat ad culpam: probatur, tum quia, ubi agitur de obligatione imponenda, stricta semper debet fieri interpretatione, ac proinde, cum in præsenti casu exprimatur solùm obligatio ad pœnam, ea non debet extendi

# De pœnis Regularium in genere.

tendi etiam culpam : tum , quia potest dari lex obligans tantum ad pœnam , & non ad culpam , idque pendet ex voluntate Legislatoris, imo etiam expedit ad bonum regimen ipsorum Regularium ; ergo, cum non constet legislatorem voluisse obligare ad legem pœnalem in conscientia, nullo modo debet id præsumi : quin potius oppositum sustinendum est iuxta regul. 57. de reg. iur. in 6. Contra eum , qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda. ita Suar. sup. cap. 4. num. 7. in terminis addens num. 9. quoties per verba legis pœnalis non declaratur sufficienter proprium præceptum obligans ad actum , aut omissionem illius , præsumendum esse legem esse purè pœnalem , cum in dubio benignior pars semper eligi debeat; legem vero censeri non satis explicare priorem obligationem conscientiae, si nec lata sit per verbum expressè præceptuum cadens in actum prohibitum , aut imperatum , nec ex circumstantiis , aut materia , vel pœna legis colligatur virtuale præceptum , seu intentio sufficiens præcipiens.

**Q V A R E S X X I I I .** An, & quo modo possint puniri delicta occulta Regularium.

**39.** Respondeo quod, sicut in tract. de gubernat. cap. 8. num. 135. diximus Superiores posse publicè increpare Religiosos subditos de defectibus leuioribus , & qui non sint infamatorij , non item de grauioribus, ac infamatoiis; ita proportionaliter dicendum eosdem Superiores posse punire publicè defectus leues, non infamatorios : secùs graues, & infamatorios. sic Peyr. in formul. lit. D. cap. 2. num. 5. S. Bonaventura & S. Anton. patetque tum ex praxi communi Religionum; tum , quia alias fama Proximi iniuste penitentia taretur ; quæ tamen tanti aestimatur apud homines; & metiò , cum melius sit nomen bonum, quam diuitiae multæ.

**40.** Respondeo non posse ob dicenda in tract. de gubern. cap. 3. num. 91.

**Q V A R E S X X V .** An Regulares per appellationem liberentur ab exequendis pœnis iniunctis, & quo modo.

**41.** Respondeo Liberari , non absolutè, sed solùm ab iis tunc exequendis; si quidem regulariter appellatio suspendit executionem sententiæ : exceptis tamen Censuris ecclesiasticis, Excommunicatione, Suspensione , ac Interdicto , quæ suos operantur effectus, etiam interposita appellatione, si hæc interponatur post dictas sententias. ita Peyr. de R. S. quest. 1. cap. 20. §. vn. cum Rodriq. tom. 1. q. 29. art. 5. Nauarr. lib. 2. conf. de appellat. conf. 3. num. 2. aliquie & probatur, tum ex cap. vendentes de iure iur. vbi dicitur per modum exprobantis. *Vos sententias appellations suspensas executioni mandatis;* &c. pastoralis §. præterea de offic. indic. deleg. quod ita habet: *Cum appellationis causam ex certa scientia Iudicibus aliis committimus cognoscendam, appellationem videmur recipere, ac iurisdictionem priorum Iudicium revocare;* ut interim executio sententia suspendatur , donec appellationis merita pleniùs sint discussa; tum ex dictis in tract. de prohibit. c. 7. quest. 10. §. vtrum vero , vbi fusi ostendimus , an , & quando per appellationem suspendantur & impedianter effectus censorum ecclesiasticarum.

**Q V A R E S X X VI .** An Prælatus regularis ad instantiam personarum extra Ordinem possit Religiosis subditis remittere pœnas ipsis debitas,

**42.** Respondeo non posse, attenta Constit. Pauli V. facta in favorem Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia , & relata à Portel. de dub. Regul. v. officia Ordinis num. 6. in qua disertis verbis id prohibetur, directè quidem, & per se Prælatis sup. dicti Ordinis , per communicationem vero etiam Superiori-

ribus aliorum Ordinum : cum enim hæc Constit. sit favorabilis Religionibus ( vt ostendimus in tract. de prohibit. cap. 13. quest. 45.) puto per viam communicationis eam posse suffragari etiam aliis Ordinibus, & consequenter Prælatos Ordinum habentium talam communionem in rigore iuris teneri istam Constitutionem obseruare; si tamen ea est in vsu; de quo non parum dubito , cum paucim in Ordinibus religiosis & conferantur dignitates , honores , gradus &c. & remittantur pœnae ad instantiam personarum extranearum, tum ecclesiasticarum, tum sacerdotalium: quod fine dubio est contra dictam Constitutionem.

**Q V A R E S X X V I I .** An, & quo modo Ignorantia pœna excusat. Regulares à pœna statuta per legem.

**43.** Respondeo excusare, & quidem non solùm, si pœna sit censura aliqua propriè dicta, aut etiam irregularitas ex delicto ( quas scilicet seq. ostendemus euictari per ipsarum ignorantiam ) sed etiam si sit alia pœna à censuris , & irregularitate: nisi fortè pœna sit adeò leuis, & delicto proportionata, vt nulla ratione videatur excedere. Colligitur ex Sa v. ignorantia. num. unius. Suar. de censur. D. 4. scilicet 9. num. 22. Sanch. lib. 9. de matr. D. 32. num. 21. Bonac. de censur. in comm. D. 1. quest. 2. p. 1. num. 13. Nau. cap. 23. num. 47. & c. 17. num. 274. & probatur, tum, quia delinquens non potest obligari ad pœnam , nisi aliquo modo in eam consentiat ; at ex ipso delicto censetur delinquens solùm consentire in pœnam iudicio prudentis delicto proportionatam, non autem in extraordinariam, exorbitantem , & auctam ob concurrentes circumstantias; ergo non censetur obligatus ad pœnam extraordinariam ; tum quia peccas cum ignorantia pœnae reuera minus peccat, quoad forum externum; ergo saltem puniendus est mitiori pœna; cm pœna semper debeat proportionari culpe.

Dixi , nisi fortè pœna sit adeò leuis &c. vt indicarem eiusmodi doctrinam non extendi ad pœnas mediocres, & ordinarias: cum delinquens, vel nouerit pœnam mediocrem, vel saltem scire debuerit, & potuerit, dictante lumine naturali, quodlibet delictum mediocriter puniendum esse 1. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. præterquam quod non est vniuersaliter verum ignorantiam pœnae excusat ab ipsa pœna incurrit; constat ex eo, quod scienter peccans contra legem naturæ adhuc punitar pœnis inferni, esto inuincibiliter ignoret dictas pœnas; cum obligatio ad pœnam solùm perueniat ex potestate, & voluntate Superioris punientis , nec necessariò requirat consensum delinquentis explicitum : dico explicitum, quia eo ipso, quod quis scienter, & sponte legem violat, sponte se subiicit, & implicitè consentit omnibus pœnis contra legis violatores statutis, licet explicitè, & distinctè illas ignoret. Quamquam hæc ratio, attentis iis, quæ diximus §. præced. non videatur habere locum in pœnis , quæ per potestatem humanam infliguntur, nisi in calu, quo eæ sunt leuiores, ac delictis proportionatæ; ex quo patet per hanc rationem non destrui probabilitatem nostræ huius principialis responsionis; cum præsens ratio loquatur de pœnis diuina potestate inflictis, nostra vero responsio de pœnis, quæ humana potestate infliguntur, quæ sine dubio res diuersæ: à diuersis autem nō fit illatio.

Difficultas est, quo modo in foro externo probari possit ignorantia pœnae ad effectum illam cuitandi modo supradicto.

**45.** Respondeo posse probari iuramento ipsius ignorantis : dummodo non sint contra illum conjecturæ adeò vehementes, & indicia tam violenta, vt non relinquatur locus iuramento ; quamquam, si talis

43.

talis ignorantia probari possit alia via, quam per iuramentum, iuramentum ad id reputetur insufficiens cap. presentium de testibus, & cap. literas de presumpt. Si quidem iuramentum subrogatur in defectum alterius probationis; quippe quod est probatio priuilegiata, cui est locus tantum, cum deficiunt aliae probationes; prout tradit Menoch. de arbitr. Iudic. l. 2. cent. 2. casu 186. num. 7. ex l. 2. §. Diuus el. 2. de iure fisci. Ratio responsonis desumitur, tum ex cap. presumitur de regul. iur. in 6. vbi dicitur. Ignorantia presumitur, dum scientia non probatur: quae verba explicans Glossa ait probari ignorantiam per iuramentum, vel probando aliquid, quod necessariò consequatur ignorantiam; tum ex eo, quod cum ignorantia consistat in mente, solo testimonio ignorantis videtur posse probari, idest iuramento. Ita Glossa in cap. proposuisti 82. d. Abbas, Couar. Menoch. Maserat. Lopez, & alij apud Castr. Pal. tract. 2. D. 1. p. 19. num. 4. Portell. de dub. Regul. ver. pœna in addit. Nauar. 1. 1. conf. de Constit. conf. 1. n. 6. & 7. aliisque inter quos Portellus benè aduertit ignorantiam pœna frequentius posse euenire in homine idiota, & circa legem particularē, quæ non sit omnibus nota, aut facilis, qua de re Diana p. 5. tract. 14. resol. 24.

44.

Quæres XXVIII. Qualis interpretatio facienda sit in pœnis.

45.

Respond. faciendam esse mitiorem ex reg. 49. de reg. iur. in 6. in pœnis benignior est interpretatio facienda; idque et si lex penalē feratur in fauorem animalium: quo modo non odiosa sed fauorabilis reputatur, adeoque non videtur restringenda, sed amplianda; si quidem, ut optimè aduertit Sanch. l. in Decalog. cap. 16. num. 78. quamvis esse in fauorem animalium: non tamen est sufficiens, ut ad casum omnino diuersum protrahatur; quæ doctrina est bene adnotanda, deseruiet enim ad multa. Eam certè approbat Naldus ver. pœna, num. 33. dicens non fieri extensionem in lege positivā, neque ob fauorem animalium: & si qui contrarium asserunt, eos debere intellegi, non de extensione vera, sed de inclusione casus, non expressi quidem, sed ob tacitum sensum comprehensi per legem: et si demum addat interdum fieri extensionem in censuris: imo & in obligatione penalē, si alias ipsa redderetur inutilis, ac frustratoria; quomodo in l. si stipularis fuerit, de verb. obligat. promittens sub pœna non impedire Titio vium dominus suæ, incurrit pœnam, etiam si solū eo pacto impedit vxorem Titij.

Addo ex Suarez D. 12. de censur. sect. 4. num. 13. & Sayr. l. 3. de censur. cap. 13. n. 10. pœnam legis nouæ diuersam, etiam latæ sententiæ, tollere pœnam antiquam pro eodem delicto, si nondum erat commissum.

## SECTIO II.

### De Censuris in genere latis contra Regulares.

- 47 Declaratur, quid sit Censura ecclesiastica.  
 48 Dividitur in 3. species propriè ditas.  
 49 Fertur tum à iure, tum ab homine: explicatur quæ sit lata ab homine.  
 50 Ea est alia late sententia, alia ferenda: & hec censetur esse ab homine; secus, si à iure infligatur sed denuncianda à Iudice.  
 51 Ferri potest à quouis habente iurisdictionem ecclesiasticam pro foro externo.

- 52 Contra Regulares ferri potest à proprio protectore, aut Confessore, non item à Legato de laze, aut Nuncio, regulariter loquendo.  
 53 Potest as ferendi censuras potest delegari.  
 54 Totus Conuentus potest suspendi, aut interdicere, non item excommunicari; & si excommunicetur, excommunicatione non ligat innocentes degentes in Conventu.  
 55 Prelati regulares non censurant Novitios, Religiosos cielos, Tertiarios nec Moniales exemptas.  
 56 Regulares non subsunt censuris generaliter latis contra Ecclesiasticos.  
 57 Excommunicatione non fertur ob peccatum alienum.  
 58 At requirit peccatum mortale exterrnum, consummatum in suo genere, & non alienum.  
 59 Esi censura leuis ferri possit ob peccatum veniale: censura gravis non fertur pro culpa praterita.  
 60 Religiosi incurvant censuras latas a Superiori, et si sint extra eius territorium.  
 61 Item, et si delictum inchoatum in proprio territorio consummum in alieno.  
 62 Item, si censura lata sit sub conditione, & mortuo Superiori ferente impleatur condicio & censura inficta sit per statutum.  
 63 Incurritur interdum censura quo tempore Author illius non est amplius Superior.  
 64 Non item lata à Superiori, priusquam incurrens ei subfasset.  
 65 Censura latæ sententiæ ligant ante Iudicis sententiam.  
 66 Non item priuatio officiorum, & alia similes pene.  
 67 Affectus una censura incurrere potest aliam, etiam similem.  
 68 Nec talis incursus est frustaneus, ac inutilis.  
 69 Religiosus hospes non subfasset censuris monasterij, per quod transit.  
 70 Religiosus incurrit censuras latas à suo Prelato, et si delinquat in loco exemplo.  
 71 Censura à Regularibus Prelatis ferenda iuxta formam usitatam in Ecclesia.  
 72 Censura lata sub forma disunclua iuxta aliquos non tener.  
 73 Ea ferri non potest, nisi à Papa.  
 74 Censura potest ferri sub conditione peccati futuri.  
 75 Potest ferri sine scriptura ex iudicio Leonis X.  
 76 Indicatur solemnitas seruanda in excommunicando.  
 77 Censura non est invalida ex eo præcisè, quod fertur sine scriptura: et si alias promulgari debeat ex scripto, & subscribi à ferente.  
 78 Monitus non petitur in censuris latis à iure, aut per sententiam generalem, & quidem monitus ipsa facienda nomine Iudicis, eaque trina, et si non necessario in scriptis: imo, si contumacia sit notoria, monitus non petitur, huiusque omissione censuram facit solū illicitam: et si excommunicans absque illa per mensum interdicatur ab ingressu Ecclesie.  
 79 Prelati regulares iuxta aliquos censurant Religiosos subditos sine monitione.  
 80 Censura lata in pœnam purè vindicatiuam non petit monitionem.  
 81 Faciens delictum sub censura vetitum, si conuinatur de eo, statim potest censurari: quod alii negant; & censurandus debet citari.  
 82 Si censura ferri debeat contra aliquam communitem, monitus facienda ei, qui est in causa, quod ea feratur.  
 83 Monitus facienda autem censuram, quæ feratur per modum inste defensionis.  
 84 Ordo aliquis seruandus in ferendis censuris.  
 85 Prelati regulares ferunt censuras etiam extra proprium territorium.

## 12 De pœnis Regularium in genere.

- 86 Eas ferunt etiam in die festo.  
 87 At ferre non possunt contra Religiosum innocentem, qui probetur nocens.  
 88 Et si censura in tali casu lata pro foro externo seruari debeat.  
 89 In dubio, an censura incursa sit seruari non debet.  
 90 Ea ferri nequit in puram pœnam delicti iam facti  
 91 Censuratus, si resipiscat, statim debet absolutus.  
 92 Faciens actum a pluribus Superioribus sub censura vetitum multiplicari subest censura.  
 93 Censura lata a duobus Prelatis equalibus est una, et si unus eam reservet, aliuss non.  
 94 Unicam incurrit censuram qui facit actum vetitum sub censura terminantem ad plura obiecta.  
 95 Prelati regulares etiam in presentia liberè sibi reseruant censuras.  
 96 Subprios, & similes ferunt censuras, si sint Superioris in capite.  
 97 Ignorantia censura excusat ab ea incurrenda.  
 98 Excusat metus cadens in constantem virum, & impotencia.  
 99 Appellatio suspendit censuras.  
 100 Prelato censuras auferente ad reincidentiam, si interim fiat appellatio, censura non amplius contrahitur.  
 101 Duratio censura est varia iuxta variam formam, qua feritur.  
 102 Censura non duplicatur.  
 103 Non tollitur, nisi per absolutionem.  
 104 Absolutio illius fertur interdum sub conditione.  
 105 Absolutio censura sit pluribus modis, & si detur in articulo mortis, sufficit absolutum se postea presentare Superiori per alium.  
 106 Regulares à censuris reseruatis absoluuntur per suos Prelatos, & interdum per Confessarios.  
 107 Absolutio censurarum ab homine darur Religiosis à suis Prelatis, sed non semper.  
 108 Et quidem à Prelatis localibus, nisi censura reseruatur à Superioribus Prelatis.  
 109 Reservatio enim restringit usum facultatis alias competentis localibus Prelatis.  
 110 Censuralia persententiam particularem auferunt solum ab eius Authorc; quod alii negant.  
 111 Ablatio censura facienda ex indultis Regularium supponit promitti debitam satisfactionem partis offense, ac Ecclesie; non tamen ad valide absolvendum: idque et si in commissione dicatur satisfacta parte.  
 112 Absolutio censura facienda verbis, aut ex scripto præterquam à Papa.  
 113 At in ea non necessario exprimi debet censura.  
 114 Sicut nec causa censurae.  
 115 Absoluendus à censura in foro externo iurat parere Ecclesie, & satisfacit.  
 116 Proponitur forma seruanda in absolutione solenni censurarum.  
 117 Si censura sit publica, eius absolutio debet publicari: solemnitas tamen absolutionis non est de valore illius.  
 118 Absolutio censurarum datur etiam extra Sacramentum.  
 119 Datur item absentia.  
 120 Et quidem etiam vigore Iubilei, ac Bullæ cruciate, nisi alter statnatur.  
 121 Item datur inuito, ac ignaro ( idque etiam vi privilegiorum, ) sed non semper.  
 122 Fallit assertio, si absolutio conferenda sit intra Sacramentum.  
 123 Imo et si debeat conferri extra, & absoluendus persistat in contumacia: licet absolute loquendo is pos-
- 49.
- ser absolui seruatis seruandis.  
 124 Ligatus pluribus censuris absolui potest ab una, & non ab alia.  
 125 Absolutio data pro foro conscientie iunat, quoad forum externum, sed non absolue: si que Religiosi raro absoluant à censura deducta ad forum contentiosum: absolutus in foro conscientie, potest adhuc declarari excommunicatus: Episcopus non semper absoluuit pro foro externo: quod si absoluat ratione impedimenti perpetui, sic absolutus non se presentat, si liberetur eo impedimento, censetur absolutus etiam pro foro externo.  
 126 Absolutus à censuris, & peccatis simul non eget iterum absolui à censura tunc oblita.  
 127 Generalis absolutio censurarum data in collatione beneficij non semper iunat, neque quoad validam collationem beneficij.  
 128 Absolutio censurarum extorta per vim, aut errorrem, aut metum non est valida.  
 129 Censura interpretatio debet esse stricta: sicque mandans parato facere delictum eadem alacritate, & consulens minus malum parato facere maius non incurvant censuram latam contra mandantes, & consulentes.

**VÆRES I.** Quid sit Censura ecclesiastica.  
 Respond. esse pœnam ecclesiasticam latam à potestate Ecclesiastica priuantem hominem baptizatum usu aliquorum spiritualium in ordine ad salutarem. est communis DD. & patet, si solùm monuero in ista definitione ponit illam particulam in ordine ad salutem, ut manifestetur finis censuræ, qui est non perditio spiritualis delinquentis, contra quem fertur censura, sed eius emendatio, ac resipiscientia; ut pater ex ipso usu Ecclesiae, nec non ex eo, quod DD. communiter dicunt cum Suar. D. 4. censur. secl. 5. num. 6. pro peccato præterito ferri non posse censuram; id inde probantes, quod aliqui censura non ferretur, tanquam medicina ad auerendum à peccato, utpote quæ supponeret peccatum iam commissum ante inflictionem ipsius, & consequenter haberet rationem, non medicinæ, sed puræ vindictæ. Vnde fit, quod, si peccatum semel commissum sit tale, ut omnino transeat, nec relinquat ullam obligationem satisfaciendi, aut quasi continuacionem moralem ipsius peccati (qualis est in cōcubinitu, aut furto non restituto, &c.) Ecclesia numquā ratione illius fert censuram; cūm sic peccatum per solam pœnitentiam curetur, quam ipsa Ecclesia non aliter exigit per censuras, quam præcipiendo suo tempore debitam confessionem peccatorum. Quod tamen non facit, quin pro peccato præterito imponi aliquando possit pœna aliqua; v.g. priuatio communionis eucharisticæ, officij, aut beneficij ad certum tempus: quamvis talis pœna non sit propriè censura; ut notat Suar. sup. num. 32. hinc inferens absolute negandum esse, quod censura feratur in puram pœnam delicti commissi.

47.

**VÆRES II.** Quot sint species Censurarum propriè dictarum.

Respondeo esse tres, & non plures, nimur excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum. dixi propriè dictarum, ut innuerem non deesse DD. qui sustinent cum Soto in 4. disp. 2. quest. 3. art. 1. §. 1. etiam Cessationem à diuinis esse censuram; addunque cum Ban. 2. 2. quest. 64. art. 8. inter censuras comprehendit etiam Irregularitatem ex delicto, quos tamen refutat Suar. sup. D. 1. secl. 3. num. 3.

48.

**VÆRES III.** Quot modis ferri possint censurae contra Regulares.

Respon

50.

# Tract VII. Cap. I. Sect II.

13

49.

Respond. ferri posse duobus modis, videlicet à iure, & ab homine. Censura lata à iure est illa, quæ fertur ab habente potestatem condendi ius perpetuum Ecclesiasticum per statutum perpetuum: siue postea feratur à iure communi, id est obligante totam Ecclesiam ( quales sunt censuræ posita in corpore iuris canonici, bullis Pontificiis, & Concilii generalibus ) siue feratur iure particulari; ( quales sunt censuræ, quæ feruntur in Capitulis generalibus, ac Provincialibus vniuersitatis Ordinis: ) quamquam censuræ latae in Capitulis generalibus respectuè ad Religiosos Ordinis, in quo feruntur, dicenda sint de iure communi obligante totum Ordinem; sicut è contra, quæ feruntur in Capitulis provincialibus habentibus facultatem condendi leges perpetuas ( quam tamen non habent Congregations prouinciales in Soc. Iesu, ut monet Suar. tom. 4. de Rel. tract. 10. l. 8. c. 5. n. 4. ex can. 15. Congreg. 5. ) dicuntur latæ iure particulari, obligante scilicet totum illam prouinciam. Ceterum censura lata ab homine dicitur ea, quæ fertur à Superiori, qui vel non habet potestatem ferendi leges perpetuas ( cuiusmodi sunt non solum Praelati regulares, locales, sed etiam Prouinciales, & Generales, qui ut plurimū sine Capitulo generali, aut Provinciali non possunt edere Constitutiones perpetuas, ) vel si habent talēm potestatem ( quo modo habet Praepositus generalis Societatis, teste Suar. supr. l. 10. cap. 14. num. 14. ) non intendit ferre censuram perpetuam, sed tantum ad tempus, id estque, eo mortuo, aut amoto ab officio, cessar, nisi à successore confirmetur, aut certe, viuente Auctore censuræ, ea fuerit confirmata à Superiori; quod non evenit, quando censura lata est per Constitutionem perpetuam: tunc enim ea durat etiam mortuo Auctore ipsius, ut tradunt communiter DD. Præterea censura ab homine, alia est generalis, quæ fertur generaliter contra omnes species delinquentium, vel contra plures delinquentes vniuersi speciei, alia specialis, quæ fertur contra aliquam determinatam personam.

Adde Censuras, alias esse latæ sententiæ, quæ ipso facto incuruntur ante Iudicis sententiam, alias ferendas, quæ non incuruntur ante sententiam, & propriè sunt comminatóriæ. Ita DD. communiter, inter quos Salas deleg. D. 15. sect. 3. num. 41. & sect. 6. num. 77. & 79. rectè monent quid si verba legis, aut sententiæ nihil contineant, quod positivè ostendat censuram esse latæ sententiæ censeri debet potius esse sententiæ ferendæ: cum poenæ, & odia restringi debeant; idque, siue censuræ ferantur à iure, siue ab homine; ut notat Baldel. l. 5. D. 43. n. 10. contra aliquos apud Glossam in cap. Salomoniana disc. 63. contententes, quod si excommunicatione feratur à Canone sub his verbis: *Precipio tibi hoc, vel illud sub poena ex communicationis*, sit excommunicatione ferendæ sententiæ: si vero sub iisdem verbis feratur ab homine, sit latæ sententiæ: siquidem canon magis agit, quam homo.

50.

Moneo hīc obiter censuram de iure communi ferendam, hoc ipso, quod fertur à Iudice competente, censeri esse ab homine, ac proinde illius absolutionem ipsi reservari: cum ea verè lata sit à Iudice, et si de mandato iuris. Dubitabile esset, si censura inficta esset à iure, & denuntiatio sola esset facta à Iudice, ( ut in incendiariis Ecclesiæ ex c. tua de sent. excommunicatione. ) tunc enim censura esset à iure, & eius absolutione Papæ reservaretur: sicut Doctores assertunt incendiarios denunciatos excommunicatos ab Episcopo esse mittendos pro absolutione ad Sedem Apostolicam; et si alii Doctores tacito nomine re-

*Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.*

Iati à Bonac. D. 2. de censur. in parroc. q. 3. p. 43. n. 5. sustinent illos posse absolvi ab Episcopo, qui eos excommunicatos denuntiat: nobiscum sentit Toletus l. 1. cap. 17. §. tertius casus, qui ait incendiarium posse excommunicari ab Ordinario, non tamen posse ab eo absolvi post denuntiationem, sed solum à Papa; cum alioqui ante publicationem possit absolvi ab Ordinario, siue sit incendiarius Ecclesia, vel loci religiosi, siue alius.

Quæres IV. Quinam possint ferre Censuras contra Regulares.

Respond. posse omnes illos, qui habent iurisdictionem spiritualem in eos non solum, quoad forum conscientiae, sed etiam quoad forum externum, eamque non limitatam; quales sunt extra Ordinem quidem Papa; Concilia generalia, Congregatio Cardinalium praefecta Regularibus: intra Ordinem vero omnes Praelari regulares, siue Locales, siue Provinciales, siue Generales. Ratio responsionis est, quod, cum Superiorès Ecclesiastici debeat continere in officio proprios subditos, & ad id non solum sumptuose expedit, sed etiam necessarium sit ut censuris Ecclesiasticis, facultas haec concedi debet omnibus supradictis personis, ut potest habentibus in Regularibus iurisdictionem Ecclesiasticam in foro externo, quæ sine dubio requiritur, ut quis ferre possit censuras in subditum iuxta cap. cum in Ecclesijs de maior. & obed. est communis DD. & patet ex dictis; si ad idero talem facultatem competere etiam Subprioribus, Vicariis, &c. quotiescumque Superior localis principalis abfuturus est tempore, iudicio prudentis, notabili iuxta dicta infra q. 24.

Vtrum vero Legatus de Latere, aut Nuncius Apostolicus in propria Provincia, Episcopus in iis, in quibus procedit, ut delegatus Sedis Apostolicæ, Protector Ordinis, & Conservator monasterij possint ferre censuras in Religiosos sibi subditos respectuè.

Respond. protectores quidem, & Conservatores videri posse; ut de Protectore constat ex dictis in tr. de priuile. c. 8. sect. 5. q. 6. & de Conservatore loc sup. cit. sect. 4. q. 17. Episcopos vero non posse, neque in casa, quo procedant, ut delegati Apostolicae Sedis, idque, tum ob dicta in eod. tract. de priuile. c. 6. sect. 1. q. 17. tum quia, ut bené aduerit Sanch. l. 7. de mar. D. 33. n. 23. quies Tridentinum voluit concedere Episcopis, ut contra Religiosos ferre possint censuras, id expressit; ut in sess. 25. c. 16. de Regular. & c. 5. necnon in sess. 22. in decreto de obseru. in celebrat. Missar. Legatos denique de latere, & Nuncios, neque ipsos videri posse ferre censuras contra Regulares, nisi id in specie ipsis cedatur in literis sua legationis ( & hoc ob dicta in tr. de priuile. c. & sect. citatis, q. 2. §. virum vero) vel certe, si possunt ex vi supradictarum literarum non censeri Religiosos Mendicantes comprehendendi in censuris ab ipsis Legatis, & Nuncio generaliter lati, nisi de ipsis fiat expressa mentio: idque ob priuilegium ( quod non puto comprehendendi inter viuæ vocis oracula, cum habeatur in Ceremoniali, seu Pontificali in bibliotheca Vaticana) à Nicolao IV. concessu Minoibus, quod ij non ligarentur aliqua sententia excommunicationis, suspentionis, & interdicti vel hominis, nisi nominatim fieret metu; nec sufficeret, si dicaret in sententia generali, ut perinde valeat, ac si essent nominati expressè, ita habetur in Comp. Soc. v. excom. §. 3.

Adde quod, cum supradicti Superiorès Regularium habeant in ipsis iurisdictionem ordinariam aut saltem delegatam à Papa: consequenter facultatem, quam diximus ipsis habere, quoad ferendas censuras, possunt etiam aliis delegate; non tamen personis, quæ non sint Ecclesiasticæ, id est initiatæ

B

faltam



## 14 De Censuris in genere quoad Regulares.

Saltem prima tonsura; vnde notat Bonac. de cens. iu-  
comm. D. 1. quest. 1. p. 2. num. 6. talem facultatem non  
posse delegari, neque ipsis Religiosis professis, si  
nondum sint initiati prima tonsura; quod idem  
dicit Ledesm. in 4. 2. p. 9. 20. art. 4. ex communi DD.  
sententia: licet Glossa in cap. mulier disp. 23. contra-  
rium sentire videatur.

QVÆRES V. An, & quæ censuræ ferri pos-  
sint non solum contra particulares Religiosos, sed  
etiam contra totum aliquod monasterium.

54. Respond. posse fieri non quidem excommunicationem, sed suspensionem, & interdictum. Ratio disparitatis est, quod, cum excommunicatione sit poena gravissima, non est æquum, vt illi subiificantur innocentes: quod tamen sœpius continget, si ea ferretur contra integrum Communitem (v.g. contra totum aliquod monasterium; utpote in quo semper adest aliquis innocens, qui proinde non debet affici excommunicatione lata contra delinquentes: aliás ea contineret errorem intolerabilem, siveque esset iniusta, & prohibita in cap. Romana de sent. excomi. in 6. suspensiō verò, & interdictum non sunt poenæ adeo graues, vt ex iusta causa ferri non possint etiam contra aliquem innocentem, & consequenter contra Communitem aliquam (v.g. monasterium) cessante, quoad ipsa, periculo spirituali animarum, ob quod in iure prohibitur, ne excommunicatione feratur contra communitem. ita Suar. de censur. D. 28. sect. 3. n. 1. aliique penes Bonac. sup. p. 4. n. 8. qui bene monet ex Suar. Couar. & aliis, quod, quando excommunicatione fertur contra aliquam Communitem (quod interdum fit) non fertur contra Communitem absolutè, sed contra singulos delinquentes talis Communitatis, & contra particulares personas, quæ suffi-  
cienter determinantur per delictum ab ipsis commis-  
sum; itaut excommunicatione non cadat vagè, & abso-  
lutè supra illos omnes, qui sunt de dicta Commu-  
nitate, sed solum super illos, qui tale delictum com-  
miserunt; quod est excommunicationem cadere su-  
per personas determinatas, vt patet.

QVÆRES VI. An Prælati regulares ferre possint censuras contra Religiosos sui Ordinis, etiam Nouitiis, etiam Tertiarios, etiam Eiectos, etiam Moniales.

55. Respond. quod, cum potestas ferendi censuras pertineat ad iurisdictionem coercituam, quæ exerceri non potest, nisi in inferiores, & subditos; vt notant communiter DD. apud Bonac. supr. num. 8. Prælati Regulares non possunt ferre censuras in Nouitiis, Tertiarios, Eiectos, ac Moniales proptij Ordinis, nisi in casu, quo hi eorum subsunt potestati, idque iuxta ea, quæ diximus de Nouitiis tract. 9. cap. 3. quest. 5. de Tertiariis tract. 9. cap. 3. quest. 3. de Eiectis tract. 9. c. 3. quest. 3. & de Monialibus quest. 14. ex quibus colligi potest, quandonam possint Prælati regulares ferre censuras in præfatis personas, & quando non; vnde nou est, cur in præsentia illa eadem repetamus.

QVÆRES VII. An Regulares subiaceant censuris generaliter lati in iure communi, Constitutionibus Pontificiis, & Statutis Legatorum de latere, aut etiam Nunciorum Summi Pontificis; saltem in casu, quæ ex generaliter ferantur contra Ecclesiasticos.

56. Respond. quod licet alicui videri possit probabi-  
le eos minimè comprehendendi, eo quod, quando Summi Pontifices, Legati, & Nuncij volunt comprehen-  
dere in suis decretis, & statutis etiam Regulares, eos in specie exprimant, dicendo Ecclesiasticos tam  
seculares, quam regulares) vt videre est in plurimis  
Constitutionibus Pontificiis; & sic, quando illos hoc modo non exprimunt, signum sit eos nolle tunc ip-  
los comprehendere iuxta regulam Suarez à nobis

sœpius decantatam: si voluisse, expressisset; non ex-  
pressit, ergo noluit. oppositum tamen sustinen-  
dum est cum Diana part. 5. tract. 10. resol. 81. dicente  
ex Præposito, & Porrello, si censura feratur sub no-  
mine personarum Ecclesiasticarum, ea ligari Reli-  
giosos, etiam laicos, ac moniales; cum hi omnes verè  
sint, & dici possint personæ Ecclesiasticae, & si inter-  
dum exprimuntur cum addito illo Ecclesiastici regu-  
laris, id sit ad abundantiorem cautelam, sed non ne-  
cessariam: vt evenit etiam in aliis similibus casibus.

QVÆRES VIII. An Censuræ ferri possint contra Regulares, si ipsi nullo modo delinquent, seu (quod idem est) ob peccatum alienum.

57. Respond. non posse, loquendo de excommunicatione, quæ cum iuxta cap. si abes 24. quest. 3. non in-  
curratur, nisi ob peccatum proprium, contrahi non  
potest ab eo, qui nullo modo delinquit. Secus, si lo-  
quamur de suspensione, & Interdicto: hæc enim  
cum incurvantur etiam ob peccatum alienum iuxta  
cap. si de sententia de sent. excommunic. in 6. vbi que pos-  
sunt contrahi etiam ab eo, qui nullo modo delinquit,  
quamquam hæc censuræ propriæ non ferantur in pœ-  
nam illius, qui non delinquit, sed delinquentis, qui  
in alio punitur. ita Sayr. lib. 1. de censur. cap. 9. num. 29.  
aliisque communiter.

58. Addo, quod, sicut ad incurriendam censuram requiritur peccatum. si censura sit grauis ( idque  
ne alioqui poena excedat culpam, cum tamen inter  
eas seruari debeat proportio: ) ita peccatum de-  
bet esse externum ( cum Ecclesia non iudicet de  
internis, nisi indirecte cap. erubescat 32. dist. ) imò &  
consummatum, in suo genere ( nisi aliud exprimat:  
) & hoc ex cap. perpetuo sanctionis de elect. in 6. vbi  
dicitur scienter indignum eligentes, non incurrire  
iuris pœnas, nisi adeo in eo persistent, quod ex vo-  
tis eorum communis electio subsequatur: paterque  
ex eo quod, cum odia restringi oporteat, lex impo-  
nens pœnam stricte debet interpretari. Ex quo fit, vt  
qui intendit grauiter percutere Clericum, si solum  
leuiter de facto percutiat ( itaut talis percutio  
iudicio prudentis secundum suum esse externum  
non censeatur grauis, & mortal is, ) is non incurrit  
excommunicationem latam in canone si quis: cum  
talis percutio sit quidem mortalis secundum suum  
esse internum ratione præi affectus: non item se-  
condum esse externum, vt bene notauit Suar. D. 4.  
de Censur. sect. 4. num. 2. Dixi nisi aliud exprimatur,  
quia iuxta communem sententiam Religiosus ex  
Ordine Mendicantium, qui in concionibus aliqua  
dicit ad auocandum populum à solutione decima-  
rum, est excommunicatus, et si effectus non sequatur  
Clem. de pœnis cap. 1. vbi expressè fertur excom-  
municatio in talia dicentem sine respectu ad effe-  
ctum: & meritò, cum communiter sciti non possit,  
an effectus sequatur, necne.

59. Dixi in responsione, si censura sit grauis; vt innue-  
rem ex Bonac. supr. part. 3. num. 6. quod, sicut inuali-  
da esset maior excommunicatione, maior suspensiō, &  
graue interdictum, si ferrentur pro culpa v. cum actus  
venialis videatur incapax tantæ pœnæ; ita valida es-  
set suspensiō ad breue tempus imposita pro peccato,  
v. sicut & validum esset interdictum impositum ad  
ad breue tempus, & ad aliquem usum particularem;  
cum eiusmodi censuræ censemantur leues, adeoque  
sint proportionatae culpx, ob quam ferantur.

Nec obstat dictis, quod Romæ Papa certa die  
excommunicat Dominos Columnenses, eosque sta-  
tim absoluit singulis annis, et si in præsentia non  
peccent, nec sint com tumaces: hæc enim excomu-  
nicatio propriæ non est censura, quæ supponit peccatū  
modo

modo dicto, & ordinatur ad resipiscientiam; sed est pura pena vindicativa, ad quam ferendam sufficit peccatum praeteritum. Colligo ex Suarez D.4. de Censur. sect. 5. à num. 25. usque ad talem finem sect. distinctionem proponente, ac negante excommunicationem posse purè ferri in penam prioris delicti, id est alias commissi; quod utique procedit in praesenti casu.

Addo quod, licet Sanchez lib. 1. mor. cap. 16. n. 47. ex Vasquez & Azorio dicat in omni sententia assertum esse peccata ante ebrietatem, aut somnum præuisa inducere irregularitatem, ac excommunicationem; perinde ac si fierent in vigilia: idque etsi voluntas illa prior per penitentiam interrumpatur, nec iā actus vitari possit: cum ad ea incurrienda sufficiat liberam iis dedisse causam, ac effectum esse subsecuturum: nihilominus puto, quod, si quis in ebrietate Clericum percutiat, etsi præuiderit percussione, non ideo incurrit excommunicationem; cum percussio haec non sit externè peccatum mortale in se, nec esse consummatum externum habeat, & alias probabilis sit doctrina Suarez tom. 2. de relig. lib. 3. de iur. am. cap. 8. n. 6. sustinentis ob peccata in ebrietate facta non incurri excommunicationem, & quidem non se restringentis ad peccata oris (vt putat Sanchez supr.) etsi expressè de peritio loquatur; unde ea doctrina facit ad presentem casum.

Quæres IX. An Regularis afficiantur censuris latis à proprio Superiori, si interim iij existant extra territorium illius.

Respond. affici ob rationem allatam in tract. de gubern. cap. 3. sect. 3. q. 16. §. nec obstat; qua de re Diana p. 5. tract. 9. refol. 36. Bonac. supr. q. 1. p. 11. num. 5. & Io. Præpositus q. 1. de censuris d. 5. n. 27.

An vero Regularis incurrat censuram latam per statutum à proprio Superiori Ordinis, si delictum iuchoet quidem in proprio territorio, sed illud consummet in alieno.

Respond. quod, cum iuxta modò dicta, Regularis incurrat censuras proprij Superioris, etiam in casu, quo extra illius territorium & inchoat, & consummat delictum: à fortiori eas incurret in casu, quo intra territorium inchoet delictum. illud postea consummaturus extra: vnde, quoad Regulares, non currit doctrina, quam tradunt Suarez supr. D. 5. sect. 4. num. 7. Gordon. tom. 2. summ. lib. 7. q. 2. cap. 3. §. 3. n. 34. Diana p. 5. tract. 9. refol. 33. quod scilicet subditus inchoans delictum in proprio territorio, & illud consummans extra, non incurrit censuras per statutum generale latas à proprio Superiori; si quidem non est eadem ratio de Regularibus, ac de aliis, etiam Ecclesiasticis, vt patet ex dictis in cit. tract. de gubern. supr. Quamquam hoc debet intelligi de Regularibus in ordine ad Prælatos proprios Religionis (inter quos videtur comprehendendus etiam Protector Ordinis,) non item in ordine ad alios Prælatos extra Ordinem (v.g. Legatos de latere, qui forte ex vi Brevis sua legationis ferre possint censuras in Regularibus,) iij enim non possunt id facere extra prouinciam legationi sibi commissa: vt potest, quibus Regularis non subsunt ea subiectione, qua subsunt Prælati propriis Regularibus. idque ex voto Obedientiae, per quod se omnimodè subiiciunt Prælati Ordinis.

Quæres X. An Regularis incurvant censuras latas sub conditione, si pendente adhuc conditione, Superior, qui dictas censuras tulit, mortuus sit, aut amotus ab officio, tuncque purificetur conditio; vt si lata sit excommunicatione, nisi Religiosus hanc, vel illam rem fecerit intra mensum.

Telizzary Manual. Regul. Tom. I. I.

Respond. incurre, si excommunicatione lata sit per modum statuti, quod, cum natura sua sit perpetuum, non expirat: secùs, si per modum sententiae: excommunicatione quippe lata ab homine expirat, auctore mortuo, aut amoto ab officio, vt tradunt DD. in materia de excommunicat. ita Sanchez. l. 3. conf. c. vñ. d. 32. n. 283. cum Sylu. Ang. Rosel. Panorm. & aliis.

Quæres XI. An Regularis incurrat censuram à proprio Superiori Monasterij latam sub conditione (v.g. nisi intra mensum hoc, vel illud fecerit) si interim Regularis mutet domicilium, & consequenter, adueniente praefata conditione, iam ille effectus sit subditus alterius Superioris.

Respond. Sanchez supr. num. 280. distinguendo: vel enim delictum, contra quod est lata censura, originem habuit in priori domicilio, in quo lata est censura (vt si Superior excommunicet, nisi recuperentur libri commodati externis ex bibliotheca monasterij infra mensum) & sic, si Religiosus, iis non recuperatis, mutet domicilium, nihilominus incurrit, cum delictum & contumacia iam cœperint in eo domicilio: vel delictum non habuit originem in loco domicilij, sed omnino extra (vt si Superior excommunicet facientes furtum) & sic, si Religiosus subditus talis Superioris postea mutet domicilium, & furetur, non incurrit; idque ex cap. 2. de constit. in 6. vbi dicitur: Statuto Episcopi, quo in omnes, qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius furtum extra ipsius diæcesim committentes, minime ligari noscuntur: cum extra territorium ius dicenti non pareatur impune: quod tamen negant Baldus, Imola, Præpos. & Neuola (quos referit, & non reiicit ipsem Sanchez) assident etiam in hoc casu incurri censuram; cum quoad iurisdictionem, inspicatur principium iudicii, l. cum quadam, ff. de iurisdictione omnium iudic. sive sufficiat, quod quis fuerit de iurisdictione, quando excommunicatione lata est sub conditione, si furtum fecerit.

Vtrum vero Regularis ligetur censura contra non reuelantes certum delictum lata à Prælato monasterij, cuius ipse de nouo sit subditus, & quidem, antequam dictus Religiosus fieret subditus talis monasterij.

Respond. Diana p. 5. tract. 9. refol. 36. quod, quamvis Præpositus, Hurtad. Suar. & Coninch. partem sustineant affirmantem in casu non dissimili, ea ratione ducti, quod post publicationem edicti durat eius obligatio, ac impositio penæ, adeoque non apparet, cur supradictus subditus non beat ligari: probabilis tamen est item pars negans, quam sustinent Auila, Corneius, & Sayt. cum sententia referri debeat ad tempus, in quo pronunciatur, vt potest, quæ tunc incontinenti sumit vires aduersus eos, contra quos fertur, & consequenter vim habet solum contra eos, qui tunc erant subditi. Vnde sit, quod, licet tempore, quo profertur talis sententia, ille Religiosus esset in eo monasterio tanquam peregrinus, si tamen nondum factus erat subditus ratione personæ, non ligetur praefata censura; quippe qui tempore prolationis sententiae non erat subditus, neque ratione delicti, neque ratione personæ; ita Diana, & satis probabiliter ad casum hic à nobis propositum, vt facile consideranti patebit.

Quæres XII. An Regularis teneantur subire censuras latas contra ipsos, etiam ante Iudicis sententiam, imo & alias penas contentas in Bullis pontificiis.

Resp. teneri loquendo de censuris latæ sententiæ; idque etiamsi detur penas non trahentes secum suam executionem (qualis est confiscatio bonorum

B 2 respectu

## 16 De Censuris in genere quoad Regulares.

respectu hæretici) non esse subeundas ante sententiam declaratiuam delicti (quantumuis alias ferantur ipso iure, aut ipso facto,) sed expectandam esse dictam sententiam; ita ut ea particulæ ipso iure, ipso facto solum important, quod talis pena ferri non debet à Iudice per sententiam condemnatoriam, & faciunt, vt, quando postea sequitur declaratio criminis, retrotrahatur pena usque ad diem commissi criminis, quasi ex tunc fuisse incursa, & executioni mandata. Ita Nald. ver. pœna, n. 27. aliisque; & colligitur, tum ex usu communis Ecclesiæ, tum ex iis, quæ habet Suar. supr. D. 3. secl. 1. n. 7. 8. 9.

66.

Dixi sub initium responsionis, loquendo de censuris; vt innuerem: secus dicendum de aliis pœnis similibus Ecclesiasticis: quales sunt priuatio officiorum; & inhabilitas ad ea in posterum obtinenda, priuatio vocis actiua, & passiua, & alia; haec enim probabile est, quod non incurvantur, nisi post Iudicis sententiam, etiamsi ferantur sub his clausulis ipso iure: ipso facto: nulla Iudicis expectata sententia: ante omnem declarationem. Ita Sanchez l. 6. mor. cap. 17. num. 39. Molin. tract. 2. D. 95. num. 14. aliisque quos citat, & sequitur Diana part. 2. tract. 17. resol. 67. contra plures alios ab ipso allegatos; patetque tum, quia leges humanæ debent esse accommodatae fragilitati humanæ; non essent autem, si reus cogeretur se ipso exequi in se durissimam pœnam, se ipsum prodendo; tum quia usus, qui est optimus legum interpres, declaravit tales pœnas non incurti, nisi facta declaratione delicti: ita ut ly ante omnem sententiam intelligi debeat de sententia declaratoria pœnae, non item delicti.

Quæres XIII. An Regulares affecti una censura possint incurtere aliam, siue eiusdem rationis, siue diuersæ.

67.

Respond. posse, & quidem quoad censuras diuersæ rationis, constat, tum ex usu Ecclesiæ, quæ crescente contumacia, solet aggrauare, seu multiplicare censuras, imo & interdum simul eas ferre ob atrocitatem delicti: tum ex eo, quod, cum censurae sint pœnae diuersarum rationum, nihil impedit, quo minus suo modo insint in eodem subiecto, ac eidem personæ imponantur; quoad censuras eiusdem rationis, patet ex eo, quod, cum potestas, ac iurisdictio Superioris ferentis censuram non extinguatur per unum actum, sed integra maneat, & nulla assignari possit repugnantia, quod semel excommunicatus non possit iterum excommunicari, siue in eadem re sit inobediens, & contumax, siue in re diuersa, non appetet, cur in eodem subiecto multiplicari non possit eadem censura in specie, tam in eadem causa, & ab eodem Iudice, quam in causa diuersa, & ab alio Iudice.

Dices repugnantiam in eo consistere, quod, cum semel excommunicatus priuetur omnibus bonis, quibus priuari potest per Ecclesiam, frustra inducitur noua excommunicatio, quippe quæ non habet quid operetur circa subiectum, cui aduenit, utpote quod iam est priuatum illis bonis, quibus ea ex natura sua apta est priuare.

68.

Verum hæc ratio non facit contra nos; & quidem ex una parte, moraliter loquendo, censura non se habet, vt pura priuatio, sed velut quedam causa positiva, & vinculum inducens, & cogens ad dictam priuationem: ex alia parte iura loquuntur de censuris; vt de quibusdam vinculis, quibus homines ligantur; vt colligitur ex cap. a nobis 2. de sent. excommunicac. nihil autem vetat, quo minus plures causæ, & vincula adiici possint ad eamdem priuationem inducendam; vt videlicet est in habente conscienc-

tiam plurium peccatorum mortalium, qui ita per prius peccatum priuat gratia Dei, vt etiam per secundum, ac tertium eadem, quantum est ex ipsis, priuetur; vnde excommunicatio posterius adueniens non priuat quidem actu bonis, quia subiectum inuenit iam priuatum vi prioris excommunicacionis, habet tamen vim priuandi & de se est priuativa iisdem, si subiectum jam non esset priuatum. Vnde & indiget diuersis absolutionibus, per se loquendo, vel una, quæ per sufficientem potestatem, & earum expressionem ad omnes illas se extendat. Ita Filliac. tract. 11. n. 141. ex Soto. Nauar. Glossa Suar. & aliis.

Quæres XIV. An Regulares peregrini subiaceant censuris, quibus subsunt alij Religiosi sui Ordinis in prouincia, aut monasterio, per quæ ipsi transeunt, & in quibus breui commorantur tanquam hospites.

69.

Respond. non subiacere, siue ea latæ sint per sententiam generalem, siue per statutum. Ita Laym. l. 1. tract. 5. p. 1. cap. 4. num. 5. aliisque, & probatur, tum ex cap. nobis 1. de sent. excommunicac. ubi, cum quæ situm fuisse, utrum, si quis ita pronunciauerit: quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit: hæc generalis clausula ad ipsius excommunicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius; responsum fuit quod hac sententia non nisi subditi obligantur; tum quia ista responsio ex ratione nititur, quod potestas iurisdictionis se extendit tantum ad subditos; ergo, cum non minus statutum, quam generalis sententia procedat à potestate iurisdictionis, comprehendet solum subditos (quales sine dubio non sunt in casu praesenti Regulares peregrini, vt pater.) Quod autem dicunt aliqui cum Vgol. tab. 1. cap. 9. §. 2. num. 4. peregrinos delinquentes contra statutum alieni loci subiacere censuris ibi latæ, eo quod fiant subditi ratione delicti; minus subsistit, si quidem hoc est assumere, quod erat probandum: nimur peregrinos delinquere contra statutum proprium dicæcisis, in qua ad tempus commorantur; cum enim prius sit, vt aliquis fiat, & sit subditus; quam vt obligetur statuto, & contra illud delinquit: peregrini non possunt dici delinquere contra statutum alienæ dicæcisis, cum verè non sint subditi statuentis: quod notat Suar. de censur. D. 5. secl. 5. num. 10.

Quæres XV. An Regulares incurrant censuras suorum Superiorum, si delinquent in loco exemplo (v. gr. in monasterio alterius Ordinis.)

70.

Respond. incurrere; & probatur ex eo quod in praesenti casu Regulares non possunt dici eximi à censuris propriis Ordinis, nisi quatenus locus exemptus æquiparatur loco situ extra territorium, & extra territorium ius dicenti non paretur impunè: ergo, cum Regulares iuxta dicta q. 9. remissiæ possint ligari censuris suorum Superiorum, etiam extra territorium illorum, possunt à fortiori iis ligari, etiam in loco exemplo: cum esse in loco exemplo sit esse extra territorium fictione iuris; quod est quid minus, quam reuera esse extra territorium.

Quæres XVI. Quam formam seruare debeat Prælati regulares in ferendis Censuris.

71.

Respond. debere seruare illam, quæ communiter visitatur in Ecclesia; nimur quod ex ferantur signo aliquo externo, ac sensibili, idest per verba, aut etiam per scripturam; imo & per nutus, quibus sufficienter exprimatur voluntas Superioris ferentis censuram: quod est contra Vgolinum cap. 2. §. 20. & cap. 20. putantem censuras non posse ferri, nisi per verba clara, & in omni proptetate sumpta; sed minus bene, cum nullo iure cautum sit, quod

72.

73.

quod censura ore proferatur : est communis DD. apud Bonac. *supr. part. 7. n. 1.* qui bene addunt quòd, licet ad ferendam censuram non requirantur certa, & determinata verba ; ea tamen debet ferri per verba, quæ sint determinata non solum ad aliquam censuram particularem (quo modo inualidè, ac iniutiliter ferretur censura his verbis: *Qui hoc vel illud fecerit, vinculo censura sit obstrictus*, cùm sic nulla determinetur censura, & non possit fieri effectus in genere,) sed etiam ad aliquam personam certam siue eam nominando, si cognoscatur, siue eam describendo, vel eam designando per ordinem ad delictum; verba quippe in censuris faciunt, quod significant, adeoque si nullam personam significant, & nullam afficiunt.

Illud magis controversum est, an valeat censura lata sub forma disiunctiva (v. g. *Precipio hoc tibi sub pena excommunicationis, aut suspensionis.*)

**72.** Respond. quòd quamvis Nauarr. Sayr. Henrq. Vgol. Vasq. & Gordonus apud Dianam p. 5. tract. 9. resolut. 63. negent valere, ea ducti ratione, quòd, cum ex una parte verba non plus efficiant, quam significant; & ex alia parte censura lata sub forma disiunctiva nihil determinatè significet, nec quidquam determinatè efficiat, utpote quæ nec utrumque efficere potest, cùm sit sub forma disiunctiva; nec alterum tantum, cùm non sit maior ratio, quod contrahatur una ex dictis censuris, quam alia: nihilominus dicendum est cum Suar. *supr. D. 3. sect. 2. num. 12.* Alter. de censur. tom. 1. lib. 3. D. 9. cap. 3. Bonac. *supr. num. 4.* Diana resol. cit. Filiuc. *supr. num. 5.* aliisque censuram latam sub forma disiunctiva esse validam: & probatur ex eo quod, licet talis censura non sit definita determinatè ad unam partem, est tamen confusa determinata, videlicet ad unam censuratum, quæ in tali forma disiunctiva continentur, & quam ipse reus eliget; siquidem intentio Iudicis ferentis talem censuram esse potest, vt altera illarum incurritur: idque arbitrio rei, qui liberè eligat, & acceptet, quam maluerit ex illis; unde fit, vt si is neutrām eligat; tunc maneat ligatus utraque, & hoc ex intentione Iudicis modo dicto indicata: imò aliqui apud Turrian. *de censur. lib. 1. D. 4. d. 1.* censem intentionem Iudicis ferentis censuram sub forma disiunctiva, esse, vt hoc ipso, quod subditus vult violare præceptum latum sub ea censura, ligetur minori censura earum, quæ sub ea forma disiunctiva latæ sunt: & hoc non sine consensu ipsiusmet subdit, qui hoc ipso, quod vult violare præceptum factum sub dictis censuris, virtualiter censetur eligere alteram ex illis; ne aliqui maneat omnino impunitus; quod tamen ait Diana non probari villo firmo arguento, addens ex Corneio in praesenti casu non requiri, quod Iudex determinatè intendat speciem censuræ, sed sufficiere, vt electionem illius committat reo, vt ipse eligat, quam maluerit; non secus ac interdum in foro conscientia pœnitentiali proponitur pœnitentia sub forma disiunctiva ab ipso pœnitente determinanda, & quidem licet, ac validè; vt tradunt communiter DD. & patet ex praxi.

**73.** Monet autem Diana *supr. quòd*, cùm non sit in vnu Ecclesiæ ferre censuras sub forma disiunctiva, non possunt Prælati inferiores Papa id facere siue peccato: quod tamen non habet locum in Papa: quippe qui est supra ius commune non approbans talem modum ferendi censuras, adeoque non tenetur illud seruare. Unde illud de facto Pontifices aliquando non seruarunt; vt videte est in *cap. à crapula, de vita, & honest. Cler.* vbi dicitur: *Si quis autem se culpabilem exhibuerit, & à Superiori commonitus non*

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II,

*satisfecerit, ab Officio, vel beneficio suspendatur;* & in Constit. Pij V. à nobis relata in *tract. de priuileg. cap. 8. sect. 4. q. 31.* Quamquam teste Suar. *supr. n. 14.* præfata disiunctiva posset habere hunc alium sensum, vt singulæ partes illius ad diuersas personas accommodarentur secundum diuersas earum conditiones: vt si aliqua prohibitio spectet ad laicos, & clericos, & dicatur *sub pena excommunicationis, aut suspensionis;* vel certè spectet solum ad Clericos, & , quia eorum alij habent solum officium, alij etiam beneficium, dicatur *sub pena suspensionis ab officio, aut beneficio, &c.*

**Quæres XVII.** An contra Regulares ferri possint censuræ sub conditione peccati committen-di in futurum, & quomodo.

**74.** Respond. posse, & quidem non solum à iure (vt constat ex eo, quod in iure vix fertur censura alio modo) sed etiam ab homine: cùm id non sit contra ius, neque naturale, neque diuinum, neque canonicum: vt probat Filiuc. *supr. n. 67.* monens in *cap. Romana, §. caueant, de sent. excom. in 6.* (vbi id videtur prohiberi) cuiusmodi prohibitionem non esse absolu-tam, sed cum limitatione, nisi vbi adsit rationabilis causa exprimenda in ipsa sententia: præterquam quòd talis prohibitio, vt continet ius positivum, contraria consuetudine abrogata est, & ius canonicum antiquius in *cap. à nobis, de sent. excom.* appro-bans talem modum censurandi retentum est; quod notat Suar. *supr. sect. 4. n. 7.* notans expressionem cau-sæ, quam diximus faciendam esse in sententiam cen-suræ latae sub conditione, non esse aded necessariam, vt pertineat ad substantiam talis actionis: imò nec ita grauem, vt obliget sub peccato mortali.

**Quæres XVIII.** An Prælati regulares te-neantur ferre censuras in scriptis, tum ad validè, tum ad licitè.

**75.** Respondeo quòd, licet ferens censuram solo verbo sine scriptura peccet mortaliter, & incurrit su-pensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem ex *cap. 1. cum medicinalis, de sentent. excommunicationis in 6.* (vbi talis suspensiō extendit etiam ad feren-tem censuras sine expressione cause, nechon ad eum, qui parti petenti non concedit exemplar scrip-turæ intra mensem;) non defunt tamen Docto-res, qui putant id non esse in vnu apud Regulares, nimurum Rodriq. Liam. Tamb. & Aulila apud Peyr. in *formul. lit. C. cap. 5. num. 9.* Bonac. *supr. part. 8. num. 2.* ex Henrq. & Sayro, probantque ex quodam priuilegio Leonis X. concessio Minoribus, & relato in *Compend. priuileg. ipsorum Minorum, ver. excom-munic. num. 7.* his verbis: *Leo X. concessit, quod Prælati Ordinis Minorum regularis Observantie, cum aliquem Fratrem propter apostasiam, vel aliam causam excommunicant in Capitulo Fratrum, aut in communitate, non teneantur proferre sententiam in scriptis, prout in iure, sub pena suspensionis precipitur proferentibus;* quamquam, cum eiulmodi priuilegium fuerit con-cessum viua vocis oraculo (vt notatur in dicto Com-pend.) posita generali reuocatione viua vocis oracu-lorum facta ab Urbano VIII. & Gregor. XV. iam am-plius non subsistat, & consequenter nec subsistat ista responsio, quoad hanc partem, nisi aliunde proberetur. Videtur autem posse probari ex eo, quod iuxta dicta in *tract. de penis, cap. 1. quæst. 6. §. mala.* Prælati regu-lares ex indulto bullato Bonifacij VIII. facto Domini-nicanis possunt contra Religiosos subditos proce-dere, Iuris apicibus postpolitis: cuiusmodi sunt ij actus, qui potius respiciunt subtilitatem, quam fa-ceti veritatem, & merita causæ; inter hos autem pu-to comprehendi etiam, quòd censura feratur in scriptis: idque colligo ex Toleto *lib. 1. cap. 9. §. altera*

## 18. De pœnis Regularium in genere.

*circumstantia in fine, vbi de præsenti materia loquens hæc habet: In istis Prælati ( i. Regularibus) non servatur iuris ordo, sicut in secularibus; durum enim esset, ut ipsi dicunt, & incommodum Prælato regulari, qui sapient in die modo pro ista re, modo pro illa habet increpare, monere, & præcipere suis subditis claustralibus, habere pennam, & folium, & autem scribere, quam sub pœna excommunicationis mandare; hæc ille ex Lapo, & Felino: quæ tamen non minus habent locum in suspensione, ac in interdicto, quam in excommunicatione; cum cap. 1. de sent. excommunic. superius allegatum loquens in principio textus in particulati de excommunicatione, postea expresse subdat; Et hæc eadem in suspensione, & interdicti sententij volumus obseruari. Ex quibus constat Prælatos regulares eximi à communi obligatione ferendi censuras in scriptis, non tam ex vi priuilegijs Leonis X. ( quod amplius non subsistit ) quam ex vi huius alterius indulti Bonificij V III ; quod etiam concedit Diana, p. 5. tract. 9. resolut. 73. ex Portello, non tamen absolute, sed solùm in casu, quo censura feratur per modum sententiae particularis contra aliquam particularem personam: non item, si feratur per modum statuti, seu ordinationis: qualis esset ea, quæ ferretur à Provinciis in totam aliquam prouinciam, & permanenter,*

76.

*Notar autem Peyr. supr. num. 12. in excommunicatione solenni, quæ à solis superioribus Prælati iuxta c. debet 11. quest. 3. & Trid. sess. 25. de reform. cap. 3. ferri potest pro delicto enormissimo, 12. Sacerdotes debere circumstare Prælatum indutum amictu, stola, & pluiali violacei coloris, que manibus vna cum ipso Prælato habentes candelas ardentes, quas in conclusione excommunicationis debent proiicere in terram, pedibus conculcare, & iuxta Glossam in diff. cap. debent v. conculcare, postea proiicere extra Ecclesiam: quod tamen negat Triter. sustinens eas posse redigi ad usum communem; qua de re Sayr. lib. 1. de censur. cap. 15.*

77.

*Addo ex Suar. supr. D. 3. sect. 13. num. 8. censuram non esse nullam ex eo præcisè, quod non feratur per scripturam, idque esto detur illam ferendam esse per scripturam, ratio est, quod ius non præscribit eiusmodi formam, vt essentiale, sed solùm ut necessariam ex præcepto: vt hinc patet, quod in cap. 1. cum medicinalis dicitur: Superior vero, ad quem recurritur, sententiam ipsam sine difficultate relaxans: cum tamen relaxare propriè sit soluere, quod lagatum erat, adeoque luppenatur censuram latam absque præfata forma vere ligare: quamvis alioqui talis defectus sit sufficiens causa, vt statim conferatur sine difficultate absolutio dictæ censuræ, idest sine ullo grauamine Rei, ita Suar. addens num. 2. quod, sicut censura debet promulgari ex scripto, ac proinde esse descripta, antequam illa proferatur; sic debet esse subscripta à Iudice ferente, vel certè opus est, ut sufficientibus testimoniis probari possit, eam per scripturam fuisse promulgatam; siue Iudex id per se præstiterit, siue per alium; hoc enim nihil refert; sicut nec refert, ut ea scriptura sit authentica, idest munita fidei publici Notarij, aut etiam testibus.*

*QVÆRES XIX. An, & quo modo Prælati regulares teneantur præmittere admonitionem in ferendis censuris contra Religiosos subditos.*

*Pro responsione suppono primò hanc quæstionem propriè, non habere locum in censuris, quæ feruntur à iure, aut per sententiam generalem pro peccatis futuris: hæc si quidem nullam aliam monitionem, aut solemnitatem exigunt, quam necessariam promulgationem, qualem omnes aliae leges requirunt: talia enim statuta se ipsis continuo omnes*

*monent, ut metu pœnae caueant peccata sic prohibita; vnde quæstio est solùm de censura per sententiam particularem ferenda in certas personas ob peccatum iam commissum.*

*Suppono secundò monitionem faciendam esse nomine Iudicis: coram idoneis testibus, per quos probari possit: & immediatè ipsi reo, aut certè, si id fieri nequit, in eius domo: aut, si hoc fieri non potest, in loco publico, vnde præsumatur ad eius notitiam facilimè deferenda (v.g. in præcipuo templo urbis, in qua habitat, aut simili loco maximè vicino ipsius habitationis).*

*Suppono tertiod canonican monitionem debere esse trinam, qua reus nominatim exprimitur, fierique aut tribus diuersis vocibus, aut vna vice pro tribus cum interuallo competenti: v.g. dicendo, Monete semel pro tribus vicibus, ut intra 3. hebdomadas, aut dies hoc, vel illud facias concedendo tibi singulos dies pro singulis monitionibus, aut rotum illud tempus pro 3. monitionibus: interuum verò, quod debet deputari singulis monitionibus, aut simul omnibus tribus, ex concurrentibus circumstantiis iudicio prudentis statuendum est.*

*Suppono quartò non esse necesse, quod ista monitio fiat in scriptis, cum id nullo iure præcipientur; debere tamen fieri sub comminatione censuræ, qua feriendus est, qui sic monetur: reus quippe non potest iudicari contumax, nisi facta tali monitione, adhuc renuat obedire; cum sapè audira tali comminatione moueat, qui simplici monitione non mouebatur: ita Coninch. inf. num. 80.*

*Suppono quintò quod, quando contumacia est notoria, tunc non est necessaria monitio iuxta Gloss. in cap. manifesta 2. quest. 1. secùs, si solùm notorium sit peccatum, non item contumacia; tunc enim præmitti debet monitio, ut notant Henr. lib. 13. cap. 17. §. 3. & Couat. in cap. alma mater tract. 1. §. 9. num. 6.*

*Suppono sextò quod, quamvis ad incurriendas censuras prærequiratur monitio, ut pote quæ ex usu Ecclesiæ non solent ferri, nisi contra cōtumaces (qualis tamen non potest quis præsumi, nisi præsupponatur admonitio, ut dictum est suppono 4.); talis tamen monitio non est adeò necessaria, vt, si ea omittatur, censura sit nulla: idque cap. Romana de sent. excommunic. in 6. vbi excommunicatione lata sine monitione dicitur iniusta, non item inualida, excipe censuram, quam fert Episcopus contra eos, qui communicant cum eo, quem ipse excommunicavit: hæc enim censura sine tali monitione præmissa inualida est ex cap. constitutionem &c. statutum de sent. excommunic. in 6. est cōmunitis DD. apud. Coninch. de censur. D. 13. n. 81.*

*Suppono septimò, Iudici qui non præmissa canonica monitione fert excommunicationem, per mensum interdicti ingressum Ecclesiæ ex cap. satro de sent. excommunic. quamquam hæc pœna non extendatur ad Episcopos iuxta cap. quia periculofum, de sent. excommunic. in 6. imò neque ad eos, qui sine ea monitione suspendunt, aut interdicunt: cum enim textus loquatur solùm de excommunicantibus sine debita monitione, non debet ampliari ad suspendentes, seu interdicentes sine monitione contra regulam iuris. Odia restringi oportet.*

*Respond. quod, licet DD. cōmuniter ex cap. reprehensibilis de appellat. tradant ad censuras licite ferendas necessario præmittendam esse canonican monitionem eo modo, quo diximus in suppositis, si quidem censuræ ferantur per modum censuræ, non autem pœnae vindicatiæ; nihilominus non desunt DD. qui ab hac regula generali excipiunt Prælatos regulares in casu, quo ferant censuras in*

*Reli*

80.

81.

78.

79.

Religiosos subditos, adeoque sustinent dictos Prælatos posse ferre censuras, etiam non præmissa præfata monitione: alij quidem absolute; vt Gabr. & Lamas, quos refert, & non reicit Peyr. *supr. num. 7.* asserantes hanc trinam monitionem apud Regulares non esse in vsu; alij verò cum limitatione; vt Corneius, & Sayr. penes Dianam *part. 5. tract. 9. resol. 20.* dicentes Prælatos regulares teneri præmittere dictam monitionem in casu, quo sub censura præcipiant aliquid, quod non contineatur in regula Ordinis, aut in regularibus obseruantis: secūs, si præcipiant, quod in iis continetur, tunc enim (inquiunt isti) possent excommunicare, præmissa vna, vel altera tantum monitione; alij denique, vt Diana *resol. cit.* aiunt hac in re attendendam esse consuetudinem vniuersiusque Ordinis, & si legitimè fuerit præscripta, eam seruandam; cum legitima consuetudo præualeat contra ius; ita Diana; sicque in praxi puto faciendum esse, maximè ad vitandas tricas, quæ alioqui inter Prælatos regulares, & Religiosos subditos in tali euentu poscent suboriri.

**80.** Dixi sub initium responsionis; *si quidem censura ferantur per modum censurae:* vt indicarem, quod si ferantur per modum puræ pœnæ vindicatiæ, (quo pacto possunt ferri suspensio, & interdictum, non autem excommunicatio, vt aduertit Suarez *supr. sent. 10. num. 2.*) tunc non est necesse, quod præmittatur canonica monitio; quippe quæ non est de re facta, sed facienda; sicque ad hoc, vt expectetur contumacia; cum tamen in præsentि casu censura non feratur ad expectandam contumaciam nouam, sed imponatur pro delicto iam facto; quam proinde reus non effugit, quantumvis corrigatur.

Dubium maius est, an casu, quo à iure statuta sit excommunicatio, aliave censura, non latæ, sed ferendæ sententiæ (v.g. qui tale delictum commiserit, excommunicetur) an, inquam, index statim contra reum de crimine coniunctum procedere possit ad censuram ei inferendam sine alia monitione.

**81.** Respond. probabile esse, quod possit; & probatur, tum quia sic adest sufficiens admonitio ex parte Iudicis, & sufficiens contumacia ex parte Rei, qui nouit prohibitionem factam sub pœna censuræ ferendæ: tum quia non est major ratio, cur requiratur admonitio distincta à prohibitione ad ferendam censuram ipso facto anteä comminatoriè latam, & non requiratur, dum prohibitio edita est sub pœna censuræ ipso facto: ergo, cum ad hanc ferendam non requiratur noua monitio, neque requiretur ad illam ferendam. Ita Panormit. Sanch. & Aula apud Laym. *l. 1. tract. 5. part. 1. cap. 5. num. 6.* & Dianam *supr. resol. 18.* qui tamen cum Suar. *supr. sent. 10. num. 19.* putant contrarium esse, & probabilius, & benignius; id colligentes ex cap. reprobabilis superius relato; quod cum dicat: *Nec Prælati, nisi canonica comminatione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere (id est ex se, seu ipso facto ait Glossa ibi) suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat:* sequitur ad omnem omnino censuram, quæ non incurritur ipso facto, sed à iudice actualiter infligenda est, canonicam monitionem, eamque trinam, per se loquendo, necessariò præmittendam esse; exceptio namque firmat regulam in aliis; præterquam ob crimen præteritum, aut emendatum, neque excommunicatio, neque alia propriæ dicta censura infligi potest, (vt iam dictum est) & tamen, si Iudex excommunicationem, aliamve censuram sententiæ ferendæ exequi posset contra criminolosum, nulla præmissa monitione; sèpè cœniret censuram infli-

gi ob crimen merè præteritum, atque emendatum: cùm possit contingere reum commissio delicto resipuisse, esseque animo paratum ad satisfaciendum Ecclesiæ: quo casu sine dubio non potest excommunicari; cùm potius deberet absolui, si antea incurrisset excommunicationem iuxta cap. qua fronte de appellat. Quod inter alios notauit Diana *resol. cit.* addens ex Soto, quod, etiam stando in prima sententia Panormitani, non potest Iudex reum excommunicare sine citatione, dato ei termino ad allegandum pro se; & hoc etiam in casu, quo lex excommunicat ipso facto: si quidem etiam tunc non potest Iudex declarare reum excommunicatum sine citatione (nisi forte delictum esset notorium) & si declareret sine citatione, declaratio est nulla, vt notat Nauar. *l. 5. const. de sent. excommunic. conf. 20. n. 4.*

Cæterum, si suspensio, aut interdictum ferantur contra aliquam Communatem; tunc non debet fieri admonitio omnibus iis, qui sunt de illa Communitate, sed illi tantum, ob cuius culpam censura fertur: is enim solùm est contumax, & inobediens, non autem tota Communitas, adeoque illi soli fieri debet monitio, nisi forte delinquens aliter moneri non possit, ac retrahi à peccato; quod notauit Bonac. *D. 1. de censur. in comm. q. 1. p. 9. n. 11.*

Quod si quis querat, an monitio supradicta fieri debeat etiam in casu, quo censura feratur per modum propriæ defensionis: (vt si excommunicandus sit Parochus, qui Episcopum visitantem suam dicecet renuat admittere ad visitandum, eo quod se afferat esse exemptum.)

Respond. Videri probabilius in tali casu monitionem esse faciendam; & probatur: tum quia iura absolute prohibent, ne ferantur censuræ sine debita monitione, non distinguendo, vtrum ferantur per modum indicij, an per modum defensionis: ergo nec nos distingue debemus iuxta regulam, *Vbi lex non distinguit,* &c. tum quia etiam in casu, quo Episcopus visitans suam dicecet excommunicet Parochum modo supr. dicto, debet ferre præceptum sub aliquo termino peremptorio, inta quem Parochus non implens, quod deber, ipso iure incurrat excommunicationem; hoc autem est præmittere monitionem, saltem illam, quæ includitur in præcepto facto sub comminatione excommunicationis ipso facto incurriendæ. Ita Filliuc. *tract. 11. num. 96.* & ante illum Suar. *supr. sent. 8. num. 10.* aliisque penes ipsos; qui tamen oppositam sententiam admittunt esse probabilem hoc ipso, quod dicunt solùm suam esse probabiliorem.

**82.** *Q V A R E S X X.* Quo ordine loco, & tempore Prælati regulares ferre debeant censuras contra Religiosos subditos.

Respond. ad 1. quod, licet in ferendis censuris regulariter debeat seruari is ordo, vt scilicet prius feratur censura leuior, & deinde gravior, abstinendo à graviori, quandcumque præsumitur profutura leuior, ad continendos subditos in officio; iudicio tamen prudentis iudicis relinquitur, vt habita ratione loci, temporis, & personæ, ferat censuram leuiorem, omissa graviori, & è contra, in d. & ferat omnes censuras simul, si indicet id expedire. Ita Sayr. *supr. cap. 14. n. 3.* aliisque communiter.

Respond. ad 2. quod, cum Prælati regulares iuxta dicta *supr. quest. 9.* possint ferre censuras etiam extra proprium territorium, vt pote qui habent iurisdictionem sine territorio, eximuntur à communii lege, quod censura debeat ferri in territorio ferentis, licetque possint ubique ferre censuras contra Religiosos subditos. Ita Sayr. *supr. n. 6.* cum Panorm. in cap. *citat. consingatis*

## 20 De Censuris in genere quoad Regulares.

*contingat, num. 31. de foro compet. monens tamen melius esse, quod in suis locis, monasteriis, & Ecclesiis id faciant. à Sayro non dissentunt Rodriq. tom. 2. 9. 59. art. 1. & alij apud Bonac. supr. p. 11. n. 5. inter quos Sylu. ver. excommunicatio 2. num. 15. loquens de Religiosis ait, quod, cùm secundum Laurentium totus mundus sit eis pro territorio, vbi cumque sunt, illuc se extendit potestas Prælatorum.*

86. Respond. ad 3. quod, cùm iuxta dicta h̄c q. 18. Prælati regulares in causis Religiosorum subditorum non teneantur seruare apices iuris; non videntur adstringendi ad regulam iuris communis, quod censuræ non ferantur in die feriato (qui scilicet ex institutione Papæ, aut Episcopi, vel etiam ex vsu Ecclesiæ est Deo dicatus,) sive possunt ferre censuras, & validè, & licet in quocumque die, etiam festo: & quidem non solum interdiu, sed & noctu: cùm tamen iudicia interdiu agantur iuxta cap. consulut de offic. deleg. & ibi Glossa ver. tenebras, & Panorm. num. 14. de offic. deleg.

Quæres XXI. An Prælati regulares ferre possint censuras in Religiosum innocentem, qui secundum allegata iuridice probetur nocens.

87. Respond. videri valde probabile, quod non possit; & probatur, tum quia, vt ostendit Less. l. 2. c. 29. d. 10. satis probabile est, etiam loquendo de Iudice seculari, cum non posse punire graui suppicio seculari virum iuridice probatum nocentem, si ipse ex priuata scientia illum nouit esse innocentem; ergo multò minus id poterit præstare Iudex regularis, erga Religiosum subditum: præsertim cùm Iudices regulares in suis iudiciis non teneantur iuris apices seruare, vt iam non semel diximus: tum quia ratio potissima, ob quam DD. cum S. Thom. 2. 2. quest. 67. art. 2. sustinent Iudicem posse damnare virum innocentem probatum nocentem, est ad seruandum ordinem iudicarium; hæc autem ratio cessat, quoad Religiosos hoc ipso quod illi iuxta supradicta non tenentur seruare apices iuris. Ita docti viri à me de hoc consulti.

Vtrum verò in præsenti casu seruari debeat censura sic lata.

88. Respond. debere, adeoque sic censuratum ex vi censuræ teneri publicè in locis, in quibus ea est nota, imò, & priuatim coram iis, quibus nota est censura, & ignota innocentia, abstinere ab iis rebus, quæ per talem censuram prohibentur, quamvis alioqui eiusmodi censura coram Deo non obliget, cùm sit iniusta, & consequenter carens vi obligandi. Ita Coninc. de censur. D. 13. num. 117. aliisque communiter; & patet ex eo quod, licet Iudex non possit præcipere dictam abstinentiam, nisi quatenus ea est necessaria ad vitandum apparentem contemptum Ecclesiasticae disciplinæ; posita tamen hac necessitate, eam verè, ac validè præcipit, adeoque debet seruati, quo sensu cap. 1. 11. q. 3. ex S. Gregor. hom. 26. in Euang. dicitur *Sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est, ut potè ligans in foro externo, quando publicè creditur iusta. Præterquam quod iuxta aliquos verba hæc S. Gregorij faciunt hunc sensum; quod scilicet censura, si iniusta est, timeri debet à proferente, si verò iusta, ab eo, contra quem profertur.*

Quod si quis dubitet, an incurrit aliquam censuram, necne: adhuc probabile est ipsum non tene ri seruare censuram (quod spectat ad forum conscientiæ:) & hoc, siue dubium sit facti, siue iuris; in utroque enim casu melior est conditio possidentis; vt notat Sanch. l. 1. in Decal. cap. 10. num. 55. & cum eo Diana part. 4. træt. 3. resol. 35. monens ex Filliuc. træt. 13. num. 129. quod dubitans de alterius

excommunicatione, ac denunciatione non debet illum vitare, quia faceret illi iniuriam, priuans eum solita communione, cum tamen in dubio sit melior conditio possidentis; oppositum sentiunt Molin. Azor. Sayr. Vasq. Turrian. apud Dianam resol. cit. assertentes dubium, an incurrit excommunicationem censendum esse excommunicatum, si dubium sit facti; secūs, si sit dubium iuris.

Quæres XXII. An Prælati regulares ferre possint censuras in Religiosos subditos in puram pœnam delicti iam commissi.

Respond. non posse; cum iuxta dicta hic quest. 1. censura sit pœna medicinalis instituta ad correctiōnem delinquentium, adeoque non infligenda, si iam secura sit correctio, hoc tamen non obstare, quin censura possit ferri sub ratione pœnæ vindicatiæ, etiam sine noua contumacia, si ea consideretur, vt priuans bonis aliquibus temporalibus, v. g. humana conuersatione quod præstat excommunicatione: ) secūs, si spectetur vt priuans bonis spiritualibus, v. g. communibus Ecclesiæ suffragiis, vsu communione rum sacratum, & officiorum (quod item facit excommunicatione.) Ratio huius est, quod, cum Ecclesia sit piissima mater fidelium, & in spirituali suo regimine intendat principaliter bonum spirituale ipsorum, non potest præsumi, quod, cum detimento bonorum spiritualium velit imponere pœnam homini ea non indigenti ad resipescendum, ac vitandum maius incommodum; quod ita est verum, vt si quando fertur censura priuans aliquo ex bonis spiritualibus, ea vel non feratur, vt censura, aut certè non secundum omnes effectus censuræ, sed solum secundum aliquos; sicut obseruat Filiuc. træt. 11. num. 184. ex Suar. supr. D. 4. secl. 5. n. 6. addens, quod si interdum censura priuat aliquo bono spirituali (v. gr. participatione Eucharistie ad tempus) non ideo affert per se damnum spirituale, quod non pos sit compensari humilitate, & contritione.

Ex quo infert Suar. num. 11. quod, cùm censura, tanquam pœna medicinalis non intendat solum præcauere peccata futura (quod est commune omnibus pœnis,) sed etiam per se primò curare peccatorem à peccato commisso; eumque liberare à malo statu, in quo ipse constitutus est per peccatum; si delinquens, qui iam incurrit censuram ratione delicti commissi, resipiscat, debitamque exhibeat satisfactionem, ac emendationem, statim, ac necessariò recipi debet ab Ecclesia, & absolu à censura incursa; nec sub prætextu debitæ vindictæ differenda est ei absolutio; præsertim, cùm hinc non sequatur delicta manere impunita; cùm Regulares, & alij possint aliis modis puniri, & alio genere pœnarum; quantum timor fortè magis retrahet à delinquendo, quam retrahant censura; ut potè quæ sunt magis sensibiles, & regulatiter magis timentur à viris laxioris conscientiæ, ac parum timoratis.

Quæres XXIII. An Regulares multiplicem censuram incurrant, si faciant actum sub censura prohibitum à pluribus Superioribus Ordinis.

Respond. incurtere, si ille actus sit prohibitus à pluribus Superioribus habentibus diuersam potestatem (v. g. à Provinciali, ac Superiore locali) & ferentibus censuram tanquam suam; secūs, si actus sit prohibitus à pluribus Superioribus eandem potestatem habentibus (v. g. à duobus Prælati localibus sibi successivè in officio succendentibus.) Colligitur ex Sayro l. 1. de censur. cap. 10. n. 11. quem sequitur Bonac. supr. p. 5. n. 11. citans pro se Suar. Coninch. Vgol. Panorm. & Nuar. patetque ex eo, quod in priori ca su committitur multiplex contumacia, formaliter loquendo,

90.

93.

94.

91.

95.

92.

96.

loquendo, quamvis sit vna materialiter; ut potè quæ violat prohibitionem factam à pluribus Superioribus, etiam formaliter distinctis (cum tamen censuræ incurvantur ob contumaciam) in posteriori verò casu vnicā committitur contumacia; cùm conditores censuræ non sint tunc plures, nisi materialiter, & re vera in potestate formaliter sint vnius, adeoque non censeantur velle ferre plura præcepta, seu prohibitions distinctas formaliter, sed vnicam tantum; cui proinde respondeat vnicā contumacia casu, quo violetur, sicutque incurritur vnicā censura. Dixi in responsione, a pluribus Superioribus, & ferentibus censuram tamquam suam: vt indicarem, quod si ex duobus Superioribus habentibus diuersam potestatem, inferior ferret censuram iam latam ab alio Superiori solū per modum innouationis, ac publicationis; tunc talis censura iudicanda esset vna, ac eadem, & consequenter violans prohibitionem factam sub dicta censura à dublici illo Superiore vnicam incurrit censuram.

**93.** Addo cum Sayr. sup. quod si plures Superiores eandem potestatem habentes ferant eandem censuram, vnuus tamen illorum eam referuerit, & aliis non; ea non multiplex, sed vnicā tantum censura reputari debet; cùm referatio sit qualitas accidentialis censura, qua eam non variat, quoad substantiam ita Sayrus, aliquis docti neoterici à me consulti.

**94.** Ait Suar. D. 5. sect. 3. n. 8. quod si actio prohibita sub censura sit ex iis, quæ sunt totæ simul, & terminantur ad plures personas, seu obiecta; probabile est tunc incurri vnicā censuram; vt si Index simul duos homines duabus manibus teneret, & extraheret ab Ecclesia; vel alius simul couersaretur, cum duobus excommunicatis, aut etiam vnicō iētu plures occideret Clericos. Ratio est quod, licet eiusmodi actiones æquiualeant multis, verè tamen sunt vna, & consequenter vnum peccatum, quamvis grauius: quod verum est etiam in casu homicidij, in quo adest vnicā transgressio consistens in vna actione, tametsi ex ea resultant plures passiones, aut plura damna, quæ potius sunt plures effectus vnius peccati, quam plura peccata.

**95.** **95.** **95.** Qværes XXIV. An Prælati regulares possint ferre censuras ad detegendum auctorem alienius delicti, easque reservare, non obstante decreto Clemencis VIII. à nobis relato, & explicato in tract. de prohibit. cap. 1. a. quest. 2.

Respond. posse, patetque, tum ex dictis in hac sect. quest. 4 tum ex dictis in citat. tract. de prohibit. cap. 1. quest. 5. si solū hic obiter monero neminem in tali casu teneri denunciare se ipsum, quoad forum externum: cum nemo teneatur prodere se ipsum cap. quis aliquando de pœnit. diff. 1. imò nec socium complicem, cum periculo probabili manifestandi se ipsum, ita Diana p. 1. tract. de denunt. resol. 8. plurimos alios pro se cirans, & est communis Doctorum: quāuis aliqui eorum, teste ipsomet Diana, ab hac doctrina generali excipiunt casum, in quo ita ageretur de bono communi, vt quis teneretur pro eo, etiam vitam ponere.

Quod si quis hac occasione quærat, an Supprioris, Vicarij, Ministri, & similes possint ferre censuras in Religiosos subditos, quo tempore adest Prior, Guardianus, Rector, &c.

**96.** Respond. posse, si Prælatus localis, qui est in capite, est abfuturus tempore iudicio prudentis notabili; non enim puto doctrinam Naldi v. abesse n. 11. traditam in tract. de priuile. cap. 1. sect. 1. subs. 2. quest. 8. hic locum habere, quod scilicet absentia Prælati monasterij per vnum diem naturalem transferat in Vicaria-

rium illius, aut Suppriorum facultatem absoluendi à reseruatis, quoad Religiosos subditos: ducor que ex eo, quod actus ferendi censuras, quoad subditos est res grauissima, multam petit discussionem, id est que non presumitur ita faciliter concedi Superiori subordinato, nisi in casu, quo, attentis concurrentibus circumstantiis, esset periculum in mora: quod tamen non videtur posse ita frequenter evenire, vt patet, & innuit Peyr. de R. P. quest. 3. cap. 4. num. 6.

**97.** Qværes XXV. An, & quæ Ignorantia excusat Regulares ab incurriendis censuris contra ipsos latis.

Respond. excusare eo modo, quo diximus in tract. de priuile. c. 6. sect. 3. q. 2. 3. vbi fuisus hac de re egimus.

**98.** Qværes XXVI. An, & quo modo metus, & Impotentia excusat Regulates à contrahendis censuris contra ipsos latis.

Respondeo excusare, si quidem metus sit grauus, cadens in constantem virum, & non incutiat in contemptum potestatis Ecclesiasticæ, religionis, aut fidei, & impotentia sit saltem moraliter grauus, qua scilicet impletio præcepti reddatur valde difficultis. Ratio responsionis est, quod impotentia, etiam moralis faciendi rem præceptam sub censura, & metus grauus excusat à peccato: cùm ad impossibile nemo teneatur l. impossibilium, ff. de reg. iur. & Ecclesia per sua præcepta nunquam intendat obligare, cum tanto incommodo; ergo & excusat ab incurrienda censura; quippe quæ non incurritur sine contumacia, quæ tamen in nostro casu non adest, vt suppono. ita Bonac. de censur. in com. D. 1. quest. 2. p. 3. n. 1. & 2. aliquis plures apud ipsum, qui bene addit num. 6. cum Soto Nauar. Sayro, Henr. & aliis, metum grauem non excusat solū ab incurriendis censuris, sed etiam ab incurriendis earum effectibus mediatis, ac proinde excommunicatum non trahere irregularitatem celebrando cum metu grauus incommodi, aut etiam cum ignorantia propriæ excommunicacionis, dummodò tamen (vt dixi) metus non incutiat in contemptum religionis, aut fidei &c. quo casu sine dubio non currit præsens doctrina, cùm vnuquisque ad seruandum bonum commune religionis teneatur pati grauia quæque.

Dixi ab incurriendis effectibus mediatis censurarum: quia, si loquamus de effectibus immediatis (qualis v. g. est priuatio communium suffragiorum Ecclesiæ) ab his non excusat metus; cum censura secum trahat executionem, eaque manente, maneant etiam illius effectus immediati, qui sunt quasi de intrinseca ratione ipsius censuræ; quod tamen non facit, quin interdum censuratus, accedente vi, aut metu facere possit aliquid, quod alioqui per censuram vetitum est, v. g. absoluere à peccatis ad vitadim propriam infamiam, & quidem sine periculo irregularitatis, eius rei ea est ratio, quod, quando simul concurrunt duo præcepta incompatibilia, seruandum illud, quod maius est: in nostro autem casu maius est præceptum consulendi propriæ famæ, quam seruandi censuram, vt constat.

**99.** Qværes XXVII. An, & qualiter censuræ latæ contra Regulares suspendantur per appellacionem ab ipsis legitimè interpositam.

Respond. Suspendi eo modo, quo diximus in tract. de prohibit. cap. 7. quest. 10 & in hoc ipso cap. sect. præced. quest. 25. vt proinde non sit opus in præsentia quidquam addere. Vnum hic moneo ex Diana p. 5. tract. 9. resol. 30. plures alios pro se allegante, quod si declaratus per cedulares incurrisse aliquam censuram (v. g. excommunicationem) intra terminum appellat à tali declaratione, talis appellatio non solū deuolet causam.

## 22 De Censuris in genere quoad Regulares.

causam ad Superiorum, sed etiam suspendit ipsam sententiam declaratoriam, ut pote, quæ non trahit secum executionem; siue postea appellans alleget se non fecisse id, ob quod imposita erat excommunicatione, siue assertat factum esse dubium; quod idem aduertit Sanchez lib. 3. consil. cap. vnic. d. 32. numer. 243.

Difficilior dubitatio est, utrum in casu, quo Superior legitimè tollat censuras ad reincidentiam, si interim appellatio interponatur, ita suspendatur sententia, ut amplius non contrahantur censuræ modo dicto sublatæ.

**100.** Respond. suspendi, sive censuras modo dicto sublatas postea non incurri. ita Diana p. 5. tract. 10. resol. 17. ex Abb. Bonac. & Alter. ( et si hic in specie loquatur solum de suspensione, non de aliis censuris), probatur responsio, tum, quia Superior nequit tollere suam censuram, nisi eam penitus tollat: unde; si appelletur, & appellatio sit iusta, censura manet suspensa: tum, quia censuræ trahunt secum executionem, adeoque in sententiis illarum non potest separari actus primus, qui est substantia sententiae, à secundo, qui est effectus sententiae; sive non potest auferri effectus sententiae, nisi etiam tollatur substantia ipsius sententiae; eo autem ipso; quod tollitur censura secundum substantiam, nihil repugnat per legitimam appellationem modo supradicto interpositam suspendi censuras; cum sic appellatio interponatur, antequam censura feratur, non autem postquam lata est: stante quod, quae lata erat, omnino desit, etiam secundum substantiam hoc ipso, quod fuit sublata ad reincidentiam, ut dictum est.

**101.** **QVÆRES XXVIII.** Quamdiu durent censuræ latae contra Regulares.

Respond. distinguendo: vel censura lata est absolute, & si duret, usque dum tollatur per absolutiōnem ( ut ostendemus quæst. sequenti ) vel lata est sub aliqua conditione, v.g. donec satisficeris; & sic durat usque dum impleta est illa conditio; ea autem impleta statim tollitur; non tamen sine absolutiōne, ut ingeniosè aduertit Suar. de censur. D. 7. sect. 1. n. 13. si quidem in tali modo ferendi censuras uno, ac eodem contextu fertur censura, & confertur absolutiōne, quæ tamen non operatur suum effectum nisi expleta dicta conditione; ita ut sensus præsentis excommunicationis: Excommunico te, donec satisficeris, sit iste, Excommunico te, & simul absolu ab excommunicatione, statim ac satisficeris; quo pacto absolutio, quæ anteā erat conditionalis, posita conditione, transīt in absolutam. Quamquam, teste eodem Suar. D. 7. sect. 8. num. 11. hic modus absoluendi ordinariè non debeat usurpari ab inferioribus Papa; ut pote qui non est visitatus, neque in iure, neque in usu Prælatorum Ecclesiæ; esto per se non sit malus, nec iure prohibitus, & consequenter possit adhiberi licite in casu, quo probabilis necessitas, aut utilitas personæ absoluendæ occurrat.

**102.** Addit Nald. v. pœna num. 31. quod si quis incurrat pœnam suspensionis vnius mensis v. g. & ante hoc tempus elapsum eandem suspensionem, vel aliam pœnam incurrat ob nouum delictum, non est opus expectare, quod prius tempus impleatur, sed statim incipit currere pœna debitum; sive non sit duplicatio totius pœnae. ita Nald. v. pœna num. 31. ex Gloss. in Clement. 2. de magistr. patetque ex eo, quod censura puræ, & simpliciter lata non potest esse in pendentia, adeoque censura posterius lata statim incipit currere cum alia præcedenti: idque ex natura rei, & non contradicente ullo iure; sicut notat idem Nald. v. Suspensio num. 12. ex Vgolino.

**103.** **QVÆRES XXIX.** Qua ratione tolli possint Censuræ.

Respond. quod, cum non possit tolli, neque ex eo, quod censuratus definit esse sub potestate eius, qui tulit censuram ( quocumque demum ex capite id procedat ) neque præcisè per emendationem censurati, aut satisfactionem parti exhibitam, neque per mortem Superioris, qui tulit censuram ( ut fisius ostendunt DD. maximè Suar. sup. D. 7. sect. 1. n. 3. ) superest, ut possint tolli, & de facto tollantur per absolutionem; quod colligunt DD. ex illis verbis. Matth. 16. Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis: ex iis etenim non minus colligenda est potestas ligandi censuris, quæ existit in Ecclesia, quam potestas absoluendi: alias iurisdictio Ecclesiæ non esset in ædificationem, sed potius in destructionem, præsertim cum censura per se spectata inferat damnum, etiam spirituale.

**104.** Quod autem diximus quæst. 17. præcedenti posse conferri censuratum absolutionem sub conditione, non obstat doctrinæ traditæ in hac responce, si intelligatur eo modo, quo ibi diximus. Solum hinc aduerto ex Suar. sup. n. 13. quod, quando fertur censura modo supradicto secum annexam deferens facultatem absoluendi sub conditione, attentius considerandum est, quo sensu censura illa proferatur; si quidem aliquando potest contingere æquiuocatio; ut in casu, quo censura feratur sub hac forma, A qua non liberetur, nec absoluatur, donec satisficerit; cum sub tali modo loquendi neutiquam concedatur absolutione in futurum, sed prohibetur Iudicibus, ne antea censuras relaxent; quod idem purat Suar. dicendum in casu, quo lex, aut sententia utatur verbis, quasi promissoriis, aut imperatiuis ( v.g. si satisficerit, absoluatur, vel, absoluetur, & similibus ) hæc enim non continent absolutionem ipso facto; sicut nec continet censuram ipso facto lex, que dicit, Excommunicetur, vel, excommunicabitur. Quare ut lex, aut sententia contineat absolutionem ipso facto, opus est, ut dicat: Ex quo satisficerit, absoluere sit, vel aliquid æquivalens.

**105.** Porro absolutione censurarum fieri potest pluribus modis: id est 1. absolute: 2. conditionate, & quidem sub conditione, tam de præsenti, & de præterito quam de futuro: 3. simpliciter: 4. ad cautelam ( quo pacto præmitti solet absolutioni sacramentali peccatorum ( ut patet ex usu ) 5. ad reincidentiam, per quam censura ita tollitur, ut post certum tempus, aut effectum redeat; 6. pro solo foro conscientiae: 7. etiam pro foro externo: 8. à iure: qualis est absolutione lata sub hac forma, Si quis egerit hoc, vel illud, ex tunc sit absoluere: 9. ab homine, ita Filliuc. tract. 1. cap. 10. per totum, vbi fisius agit de omnibus his modis absoluendi.

Quod autem spectat ad absolutionem censuræ reservatae datam cum onere se præsentandi postea Superiori, siue in articulo mortis, siue in alio casu: monaco sufficere, quod taliter absolvitur per alium se præsentet, mouet, tum, quia 1. si per alium ff. ne quis enim qui in ius vo. est vi exi. & 1. si quis id §. pe. ff. de iur. omn. iud. qui per alium facit, per se ipsum facere videtur: tum, quia teste Diana p. 5. tract. 14. resol. 59. pro se citante Bonacinam, Sà, Nauarrum, & Cælestinum sic absolvitur sufficit, si pareat absens: quippe qui, ut pareat, & non ut absoluatur, iubetur præsentari; ad quod utique sufficit, ut se præsentet per alium.

**106.** **QVÆRES XXX.** Per quos possint Regulares absoluiri à censuris, siue reseruatis, siue non reseruatis, siue iuris, siue ab homine.

Respond.

**106.** Respond. Posse absolui, à censuris quidem iuris non reseruatis per suos Confessarios; idque ex vi iuris communis, & ex mente conditoris Canonis, qui hoc ipso, quod non reseruauit censuram à se latam, eo ipso censetur concessisse aliis facultatem eam relaxandi, etiam secluso quocumque priuilegio; à censuris verò reseruatis, posse absolui, sive à propriis Confessariis, sive à suis Superioribus, eo modo, quo diximus in tract. de priuile. c. 2. sect. 1. sub. 2. q. 1. & seqq. & hoc ex vi priuilegiorum ipsis ad talem effectum concessorum: quæ proinde accuratiū perpendenda sunt, vt constet, quām facultatem habeant Regulares, quoad absolutionem censurarum reseruatarum ipsi simet impertiendam.

**107.** Quòd autem spectat ad absolutionem censurarum ab homine; benè distinguunt DD. apud Suar. supr. sect. 2. n. 29. posse Religiosos per suos Prælatos ab illis absolui, si ante ingressum Religionis eas incurredunt per sententiam generalem; non item, si per sententiam specialem, & propriam: idque stando in iure communi; dico in iure communi, quia, si attendantur priuilegia concessa Regularibus, possunt Prælati regulares absoluere Religiosos subditos à censuris, quæ contra ipsis latæ sint, sive per sententiam generalem, sive specialem: & hoc ex indulto Pauli III. facto per bullam Societati Iesu à nobis relato, & explicato in tract. de gubernat. c. 3. sect. 5. q. 8. quod indulsum, cum non limitetur ad censuras ab homine, quas Religiosi contraxerunt ante ingressum Religionis: vtique se extendit & ad has, & ad illas, quas iij contrabunt post ipsum ingressum; qui vult, consulat Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. l. 2. c. 25. Nobiscum sentit Diana p. 7. tr. 11. resol. 46. ex Baunio, & Candido, monens hæc non procedere de eo, qui communicat cum excommunicato in crimen criminoso, id est præbendo ei fauorem, auxilium, &c. seu in crimen, ob quod Reus censuram incurrit: is enim solùm ab Authore Canonis potest absolui cap. nuper 29. de sent. excom. suámque sententiam confirmans ex doctrina tradēda inferiū n. 110. quām ipse approbat ex Baunio.

Nec obstat, quòd, stante tali priuilegio possit Religiosus absolui per suum Superiorem localem à censura contra ipsum lata à Generali, vel Provinciali, Ordinis, imò & proprio Episcopo in casu ipsis permisso; quod videtur esse magnum inconueniens, ut potè redundans in præiudicium debiti ordinis, ac regimini, & in iniuriam Iudicis ferentis sententiam.

**108.** Respond. enim Snar. supr. n. 7. concedendo sequentiam, quoad utramque partem: præterquām in casu, quo Prælati superiores Ordinis censuras à se latas reseruent restringendo Prælati inferioribus iurisdictionem, ijsque denegando usum supradicti indulti Pauli III. (quod utique ipsi facere possunt, vt ostendimus in tract. de priuile. c. 1. sect. 4. q. 5.) Ratio responsionis est quòd, cùm Paulus III. in dicto indulto defacultatem absoluendi à quibusvis censuris, & penitentias à iure, vel ab homine; addit quomodolibet latis, & promulgatis, ad indicandum præfatum indulsum non extendi solùm ad censuras ab homine latas per sententiam generalem (quod eueneret, si solùm dixisset ab homine, non addita clausula quomodolibet) sed etiam ad censuras ab homine latas per sententiam specialem; quæ sine dubio importantur per dictam clausulam quomodolibet, vt benè notat Suar. supr. n. 5. monens hanc doctrinam procedere, etiamsi quis nominatim sit denuntiatus; si quidem Paulus III. non dicit solùm quomodolibet latis, sed addit, & promulgatis; cùm tamen denuntiatio excommunicationis nihil aliud sit, quām promulgatio talis sententia; vnde, sicut per facultatem dicti indulti

potest remitti sententia quomodolibet promulgata, ita & idem fieri poterit, etiamsi absoluendus sit nominatim denuntiatus.

Dixi in response, præterquām in casu, quo Prælati regulares, &c. vt innuerem, quòd, cùm Prælati superiores Religionum possint sibi reseruare casus, ac sententias, restringendo facultatem Prælatorum inferiorum, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, si Prælatus superior ferat aliquam censuram ab homine, & ex propriis Constitutionibus, aut consuetudine Ordinis, constet eam esse reseruatum: tunc utique non procedit doctrina hīc tradita; idque, quia per talem reseruationem restringitur usus supradicti indulti alias concedentis amplissimam potestatem absoluendi à quacumque censura ab homine etiam lata per sententiam specialem, etiam nominatim denunciata.

Vtrum verò Regularis, qui per particularem sententiam fuit à proprio Superiore monasterij excommunicatus, v.g. & quidem excommunicatione reseruata; si interim mutet domicilium, possit absolui à Prælato monasterij, cui de novo subiicitur, non obstante illa reseruatione

**110.** Respond. Suar. de Censur. D. 7. sect. 2. n. 26. in casu simili non posse absolui, nisi à Prælato, qui excommunicavit: probátque, quia ex una parte causa iam cœpta est coram illo, adeoque ipsi acquisita est, quasi permanens iurisdictio in tali causa, neenon in iis, quæ ad illam spectant (qualia utique sunt censura, & absolutio ab illa); ex alia parte iurisdictio sic confirmata non auferetur ob translationem domicilij; vt constat ex cap. proposūisti de foro compet. secūs, si illa excommunicatione lata sit per sententiam generalem: hæc enim potest auferri etiam ab alio Superiore, cui de novo per translationem domicilij subiicitur Religiosus excommunicatus; cùm sic Prælatus posterior censeatur quasi succedere priori Prælato in iurisdictione. Verū Vasq. & Turrian. (quos refert, & non reiicit Diana p. 5. tr. 9. resol. 8.) videntur sentire Prælatum posteriorem posse absoluere præfatum Religiosum, etiam in casu, quo excommunicatione lata esset per sententiam particularem (quamvis non loquantur in specie de Religioso) horum autem opinio videtur probabilis, attento priuilegio Pauli III. superius allegato; vt hinc patet, quòd, cùm Prælatus regularis vi talis priuilegij possit absoluere Religiosū subditum à quacumque censura lata per sententiam particularē, etiam à Prælato superiore (dummodo is eam sibi non reserueret, sequitur, quòd item in præsēti casu potest Prælatus localis absoluere Religiosū, qui de novo ei subiicitur à censura, quam per sententiam particularē alterius Prælati localis incurrit: siquidē, dato eo priuilegio, nihil videtur posse obstat, nisi reseruatio censore facta à ferente, quæ tamen non obstat, cùm extra territoriū ius dicenti non pareatur impunè, & reseruatio nō obliget, nisi intra territoriū iurisdictionis Prælati reseruantis; vnde cum in casu nostro Prælatus posterior sit extra territoriū Prælati prioris reseruantis; non subiacebit tali reseruationi; hoc autē si detur, non video, cur Prælatus posterior, stante dicto indulto absoluere non possit Religiosū à censura lata per sententiam particularem, & reseruata à Prælato, cui prius suberat talis Religiosus, maximè attenta doctrina quām tradidimus in tr. de prohibit. c. 2. sect. 2. q. 19. Confessariū videlicet approbatum Ferrarie, v.g. posse absoluere incolas aliarum diœcesum à reseruatis in ipsorum diœcesibus, dummodo ea non sint itē reseruata in diœcesi Ferrarie, quæ doctrina ad casū hīc propositū adaptati potest proportionaliter, vt facile consideranti constabit.

Moner

## 24 De Censuris in genere quoad Regulares.

III.

Monet porrò Suat. tom. 4. de Rel. tract. 8. l. 2. cap. 25. num. 7. quod, cum priuilegia ita suum debeant sortiri effectum, ut in reliquis omnibus aliena iura, quam minimum lèdant, & præcipue ea, quæ spectant ad conuenientem gubernationem; ad hoc, ut Prælati regulares debitè vtantur priuilegio Pauli III. hic fusiū explicato: non solum Religiosus absoluendus debet recedere à contumacia, sed præterea teneatur exhibere, aut offerre, aut promittere conuenientem satisfactionem, tum parti læse si qm fuerit, tum Ecclesie, id est Iudici, à quo fuerat censuratus; id que prout potuerit: quin etiam idemmet Index reddi debet certior de obedientia sibi, & Ecclesie redita, necnon de absolutione data: sic enim vitantur incommoda, quæ alias ex supradicto priuilegio Pauli III. sequi posse videbantur. Ita Suat. & benè, si loquantur de vsu lito, ac conuenienti talis priuilegiij: scūs, si de valido: cùm enim in concessione illius non apponantur tales limitationes, nullaque fiat in eo mentio de præmittenda debita satisfactione (quomodo fit in concessione alterius priuilegij Benedictinis concessio, & relato in Comp. Sot. v. absolu. §. 10. constat, quantum est ex vi priuilegij Pauli III posse Prælatos regulares modo supradicto absoluere suos subditos, etiamsi nullam præmisserint satisfactionem; quod in specie notant Nauar. Suar. Sà, Auila, & alij apud Bonac. supr. D. 1. q. 3. p. 9. n. 2. contra Graff. p. 1. decif. 1. 4. cap. 15. n. 6. & alios asserentes in priuilegiis concessis ad absoluendum semper subintelligi hanc conditionem *satisfacta parte*, quamvis in iis nulla fiat illius mentio. Inò (quod maius est) etiamsi in præfatis priuilegiis apponatur dicta conditio, *satisfacta parte*, non statim iequitur absolutionem vi illorum datam non præmissa sufficienti satisfactione, esse inualidam; si quidem, vt notat Sanch. l. 3. de mar. D. 33. n. 3. in dictis priuilegiis non requiritur satisfactio, tanquam conditio necessaria limitans iurisdictionem, aut nouam formam inducens, sed solum, ut priuilegiatus certior fiat iuxta formam iuris communis non esse absoluendum pœnitentem, nisi præmittatur debita satisfactio, aut certè exhibetur sufficiens cautio, quocirca, nisi in concessione priuilegij addatur clausula expresse irritans absolutionem, aut præscribens nouam formam, valida est absolutione collata ante satisfactionem datum, esto priuilegium concessum sit sub hac forma, *satisfacta parte*, vel de consensu partis: quod tamen negant Suar. Caiet. & Sayt penes Bonac. n. 3.

III.

Quæres XXXI. Quæ forma seruari debeat in absolutione Censurarum.

Respond. quod, licet in iure non sit præscripta certa forma, quæ necessariò seruari debeat in absolutione censurarum, ea tamen, loquendo de Prælatis inferioribus Papa, debet fieri per verba, aut scripturam, non autem per solos natus, aut actiones exercitas cum censurato (v. g. communicando cum excommunicato;) alioqui absolutione est nulla, teste Glossa Clem. vlt. ver. velle de sent. excommunic. Prælati enim inferiores non possunt variare formam iuris communis; cum tamen in iure communi præscribatur, ut absolutione detur per verba, aut scripturam; unde fit, ut cum Papa sit supra ius commune, possit absoluere à censura, etiam solo facto, aut nuto iuxta Clem. citatam; quod est signum verba non esse de essentia absolutionis censuratum. Ita Filluc. tract. 11. num. 330. aliisque communiter; qui tamen recte monent eiusmodi absolutionem fieri debere signo aliquo sensibili sufficienter significante liberationem eius, qui ligatus erat censura: quippe quæ fit inter homines, ac proinde humano mo-

do fieri debet, idest per signa externa, & sensibilia.

Addo quodd, quamvis absolutio censurarum, quæ est in vsu, fieri soleat his verbis: *Ego te absoluo à vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti in quod ob hanc, vel illam causam incurristi, &c.* simpliciter tamen sufficit dicere *Absoluo te* cum intentione absoluendi à censuris: maximè in absolutione, quæ dari solet in foro pœnitentiali; ut proinde absolutio censurarum dati possit iisdem verbis, quibus datur absolutio peccatorum, si Confessarius dicendo *Ego te absoluo*, intendat simul absoluere à peccatis, & à censuris: quo casu, quamvis utraque absolutio sit simul tempore, absolutio tamen censurarum est prior natura; ut notat Bonac. supr. part. 5. num. 3. ex hac doctrina inferens num. 4. non posse contingere, quod excommunicatus absolui possit prius à peccatis, quam ab excommunicatione (qui casus videtur aliquibus habere locum, quando quis est ita propinquus morti, ut non vacet tempus ad impendendam utramque absolutionem:) siquidem cum quis possit simul absolui à censuris, & à peccatis, in eo casu non erit necesse prius absoluere à peccatis, quam à censuris; cum utrumque simul præstari possit.

Præterea in absolutione censurarum, per se loquendo, non est necesse exprimere causam censuræ, dicendo, *Ego te absoluo à suspensione, quam contraxisti ob tale delictum;* cum nullo iure præscribatur talis expressio, & intentio absoluendis ferri possit in aliquam certam censuram, etiam non expressa causa censuræ. Dixi, *per se loquendo*, quia potest evenire ut aliquando talis causa necessariò exprimi debat; ut, si quis pluribus censuris sit irretitus, & Superior intendat absoluere ab una eārum; tunc enim exprimi debet causa censuræ, ut constet, quænam auferatur.

Quæres XXII. Quæ solemnitate, & ritu absolui debeant Regulares à censuris per proprios Prælatos, aut Confessarios.

Respond. Si quidem absolui debent in foro exteriori, teneri iurare se parituros mandatis Ecclesie (intellige, non de omnibus mandatis, sed de eo, ob cuius violationem contracta est censura, à qua quis absolvitur, ut obseruat Diana part. 5. tract. 9. resol. 23. ex Suar. addens cum Caiet. tale iuramentum non esse exigendum, nisi in magnis criminibus) necnon præmittere debitam satisfactionem, si censura contracta sit ob manifestam offenditam: aut certè, si offenditio fuit dubia, dare sufficientem cautionem de satisfaciendo (& hanc interdum etiam iuratoriam, ut aduertit Diana resol. cit. ex Turriano.) Si vero absolui debent in foro interno per priuilegia Religiosis Mendicantibus concessa; tunc ad certè absoluendum non requiritur, nisi vt recesserint à contumacia, & modo supradicto præmisserint debitam satisfactionem partis læse, aut certè præstent conuenientem cautionem (non quidem pignoratitiam, aut fideiussoriam, quas non puto exigendas esse à Religiosis ratione status, quem profitentur) sed iuratoriam; ut communiter tradunt DD. apud Dianam p. 2. tract. 16. resol. 44. qui tamen docet ex Nauar. Henr. Gloss. & Valero excommunicatum in foro conscientiae posse absoluere, etiam non præstata tali cautione iuratoria, adeoque si absoluendus sit impotens ad satisfaciendum, quoad absoluendum in foro pœnitentiali, tantum valere firmum propositum satisfaciendi, quantum valet in foro exteriori datio pignorum, aut fideiussorum; itavt processus satisfactionis, cautionis pignoratitiae, aut iuratoria, qui in iure

III.

116.

114.

117.

115.

118.

119.

iure præscribitur iis, qui debent absolui à censuris, non videatur intelligendus, nisi pro foro externo: sicut ait idem Diana resol. cit. subdens p. 5. tract. 9. resol. 23. ex Suar. Tannero, Turriano, & Villal. eum, qui in absolutione excommunicationis omittit ceremonias in iure præscriptas, secluso scandalō, ac contemptu, non peccare, nisi venialiter, monēnsque, resol. 39. processum illum pignoratitiae cautionis, aut fideiussoriæ, aut iuratoriæ, qui iuxta dicta exigitur in iure, intelligendum esse disiunctiū, adeoque si absoluendus possit dare cautionem pignoratitiam, non teneri eam dare, sed sufficere, quod det fideiussorem, aut etiam iuratoriam; quamvis id neget Catetan. ver. absolut. cap. 4.

**116.** Præterea, si absolutio futura est solemnis, & publica, ultra supradicta requiritur, ut absolutus sit induitus, saltem superpelliceo cum stola violacea, recitat Psalmum 50. aut alium super absoluendum (qui interim coram eo debet esse genuflexus, & nudatis scapulis) nisi fortè sit mulier, adolescentis, aut vir nobilis: (quo casu omittitur nudatio scapularum) cùmque virga inter recitandum percutiat: post recitationem Psalmi dicendo orationem Dominicam, aliisque versiculos, & orationem, prout habetur in Rituali Romano Pauli V. quibus factis excommunicatus introducitur in Ecclesiam, ibique pro foribus genuflexus absolutus est. ita Filliuc. tractat. 12. num. 246.

**117.** Illud autem bene notat Suar. de Censur. D. 7. sect. 5. n. 25. quod, cum absolutio censurarum, quoad alios non possit habere effectum intentum, nisi de illa constet, æquè ac prius constitut de censura; si censura, à qua quis absoluatur, fuit publica, etiam absolutio fieri debet publica: si vero fuit occulta, non est, cur eius absolutio publicetur.

Addo ex Suarez D. 19. de censur. sect. 2. num. 13. ceremonias præfasas non esse de substantia absolutionis; et si Sacerdos absoluens in conscientia tenet illas adhibere, non solum in absolutione publica, sed etiam in occulta quantum ad eas, quæ commodè adhiberi possunt: nec sine culpa possunt omitti, seclusa necessitate urgenti: quod verum erit, prudenter consideratis circumstantiis, & consuetudine, quæ in hoc vim magnam habere potest quamvis, secluso contemptu, & scandalō Suarez putet non posse in hoc interuenire culpam mortalem ob aliquam omissionem; quia res non est adeò gravis, nisi fortè, quando publica, & solemnis absolutio danda esset ad Ecclesiæ satisfactionem.

**QVÆRES XXXIII.** An Regulares vi suorum priuilegiorum possint absolui à censuris, etiam extra Pœnitentiæ sacramentum.

**118.** Respond. posse eo modo quo diximus in tract. de priuile. cap. 2. sect. 1. subf. 2. q. 15. vbi de hac re fusiunculæ egimus.

**QVÆRES XXXIV.** An Regulares vi suorum priuilegiorum possint absolui à censuris, etiam absentes localiter.

**119.** Respond. posse; & probatur, tum ex eo, quod iuxta dicta quæst. precedenti, absolutio censurarum conferri potest extra sacramentum Pœnitentiæ, & consequenter etiam pœnitenti localiter absenti: tum, quia censuræ possunt ferri in absentes: ergo & auferri; cum potestas absoluendi sit amplior potestate ligandi, vel saltem promptior debeat esse ad usum: tum, quia talis est usus Ecclesiæ fundatus in cap. quanto 2. quæst. 5. & communiter obseruatus in rescriptis Pontificiis, & literis collatiuis beneficiorum, est communis Doctorum apud Fillium tractat. 11. num. 324. qui notat non esse absolum

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.

uentum absentem à censuris, nisi quando altet fieri non potest; ac proinde curandum esse, vt absoluendus accedat ad locum absoluientis, aut, si id fieri nequeat, mittendam esse facultatem, vt quis præsens illum absoluat (intellige, si mittens talem facultatem possit delegare:) &, si nullum ex his præstari possit; tunc absolui posse etiam absentem, si aliqui sit dignus: quo casu tunc esset regulariter absolutus, quando recipit literas contientes absolutionem, nisi aliter constet de mente absoluientis.

Hæc autem doctrina procedit non soiūm de potestate absoluendi à censuris competente ex priuilegiis (dummodo usus horum in ipsa concessione non sit restrictus ad forum sacramentale: quo modo re vera restrictus est Religiosis Societatis Iesu ex præscripto Præposito generali, ut diximus in tractat. de priuileg. loco cit.) sed etiam de potestate concessa in Jubilæis, per Bullam Cruciatæ, aliudque simile indulxum: nisi fortè in iis apponatur clausula modo dicto restringens talem potestatem ad forum sacramentale; vnde vi talium concessionum poterunt Regulares absolui à censuris, quantumuis sint localiter absentes (idque ob rationes allatas) & quidem etiam à Religiosis Societ. cùm restrictio ipsis facta de non absoluendo à censuris, nisi intra sacramentum Pœnitentiæ solum afficiat potestatem, quam ipsi habent ex vi priuilegiorum Societatis concessorum, non autem eam, quam habent ex vi Jubilæi, Bullæ Cruciatæ, &c. ex quibus infert Bonacina supr. p. 4. num. 4. Confessarium, qui absoluuit pœnitentem à peccatis habentibus annexam censuram reseruatam; à qua ipse non poterat absoluere, posse, obtenta facultate absoluendi aliquo ex modis supradictis illum absoluere à censura, licet localiter absentem; quod etiam docet Nauarr. cap. 26. n. 14. putans idem dicendum de peccato referuato, sed improbabiliter; cùm absolutio peccatorum conserui nequeat absenti.

**QVÆRES XXXV.** An Regulares possint absolui à censuris, etiam inuiti positivè, aut ignari.

Respond. quod, cùm ex una parte censura, spæcata eijs natura ut sic, auferri possit in inuito, aut ignaro ab habente potestatem absoluendi à censuris non restrictam ad forum sacramentale, (vt communiter tradunt Doctores cum Suar. supr. sect. 7. num. 5. id colligentes ex propria natura pœnæ; quæ sicut potest inferri inuito, ita & potest tolli ab inuito) ex alia parte priuilegia Regularibus concessa, quoad absoluendum à censuris, sint quidem restricta ad forum conscientiæ, non tamen ad forum sacramentale; vt constat ex ipsorum tenore, & præsertim ex priuilegio concessu à Pio V. Prioribus Dominicanis, vt erga suos subditos habeant in foro conscientiæ omnem autoritatem absoluendi, & dispensandi, quem habent Episcopi erga suos subditos (vt videtur est in Bullar. Rodriq. Bulla 13. Pij V.) poterunt Regulares, etiam inuiti, & ignari absoluiri à censuris latis, tam ab homine, quam à iure (modo tamen infra explicando:) idque non solum per proprios Prælatos regulares, sed etiam per Confessarios Religionis habentes facultatem absoluendi à reservatis in foro conscientiæ. Quamquam, vt id licet sit, si quidem tollenda sit censura ab homine, videndum est, ne id verrat in cuiusquam præiudicium, ne sequatur scandalum, vel contemptus censuræ, & quod constet sufficienter non esse sperandum fructum ex tali censura: si vero tollenda sit censura à iure, tunc in primis attendendum est, an à tali iure præscriptus sit aliquis ordo progrediendi

## 26 De Excomm.in genere quoad Regulares.

ab una censura ad aliam, & ad alias pœnas, pertinac-  
durante, infigendas, & id ipsum saluandum est; cum  
ius obliget declarans in tali casu non tam habendam  
esse rationem particularis commodi, vel correctio-  
nis priuatæ personæ, quæ publicæ punitionis deli-  
cti, & tantæ contumacia; quod si iure nihil tale cir-  
ca hoc præscriptum est, tunc procedit doctrina tra-  
dita de censura ab homine, sive poterunt Regula-  
res absolui à censura iuris, seruatis tamen iis, quæ  
diximus seruari debere in tollenda censura ab homi-  
ne; sicut notat *Suar. num. 12.* benè monens ex eo, quod  
in aliquibus specialibus delictis, aut censuris ius  
statuit certum ordinem aggrauandi pœnas, & cetera,  
non ideò tale ius extendi debere ad omnes cen-  
suras iure latas, cum illud sit odiosum, adeòque po-  
tius debeat restringi. Colligitur ex *Auila de Censur.*  
*p. 3. D. 6. d. 2. & 3. Diana p. 5. tract. 10. resolut. 53.* qui  
in terminis docent per priuilegia concessa Societa-  
ti Iesu posse quem absolui ab omni suspensione, &  
quidem etiam inuitum, aut absentem; cum tam-  
en ( quod spectat ad absoluendum inuitum ) ea-  
dem ratio sit de aliis censuris, ac proinde, si id  
conceditur de Suspensione, concedi debeat etiam  
de Excommunicatione, ac Interdicto iuxta regu-  
lam. *Vbi militat eadem ratio, militat & eadem iuris*  
*dispositio.*

**122.** *Dixi in responsione, ab habente potestatem ab-  
soluendi à censuris non restrictam ad forum sacramen-  
tale; vt innuetem ex *Suar. supr. n. 5.* *Filliuc. tract. 11.*  
*num. 325.* & *Bonac. sup. D. 1. quest. 3. part. 4. num. 3.* cen-  
suras non posse auferri in inuito per eum, qui solùm  
habeat potestatem absoluendi à censuris delegatam  
in ordine ad forum sacramentale: per eam enim non  
potest quis absolui à censura, nisi voluntariè se sub-  
dat in tali foro, & consequenter ab eo velit absolui:  
quod utique est inuitum, aut ignarum non posse ab-  
solui, vt patet.*

*Quod si quereras, quo modo quis possit absolui in-  
itus à censura, cum sic possit persistere in contumacia, & per consequens reddere se incapaci talis  
absolutionis.*

**123.** *Respond. distinguendo: vel censuratus persistit in  
contumacia perseverando in eo delicto, ratione cuius  
contraxit censuram; vel persistit solùm quatenus  
renuit absolui, eo, quod nolit se subiicere huic per-  
sonæ, vel aliunde, cum tamen alias resipuerit, quo-  
ad delictum: si secundum, utique potest censuratus  
absolui, etiam inuitus; cum hoc ipso quod cessat de-  
lictum, ius, quo lata est illa censura, cesset influere  
in ipsam censuram, & potestas absoluendi ab ea non  
sit alligata, aut pendens ex voluntate illius, qui eam  
contraxit; si primum, adhuc distinguendum est; vel  
enim delictum, ob quod contracta est censura, est ex  
illis, quæ habent tractum successuum ( cuiusmodi  
est heresis) & sic censuratus non potest absolui inui-  
tus ab eo, qui non habet potestatem auferendi, aut  
suspendendi ius, quo fertur ea censura; cum sic du-  
ret contumacia, & consequenter censura sit quasi in  
quadam continua conseruatione ex vi iuris illius: vel  
delictum est ex iis, quæ vbi commissa sunt, omnino  
transirent, quoad actum, & manent, quoad reatum,  
ac obligationem faciendi penitentiam ( quale est  
percussio Clerici) & sic censuratus potest absolui,  
etiam si persistat in contumacia, nolitque debitam  
exhibere satisfactionem, quæ iam non exigitur sub  
noua censura, si quidem ex parte absoluendi est po-  
testas sufficiens ( vt suppono) & actus ipse absoluendi  
per se non pendet ex voluntate, ac dispositione al-  
terius: præterquam quod ius in tali casu non infert  
continuò censuram; vt propterea non possit tolli, ita*

*Suar. n. 6. & 7. patetque ex dictis, si solùm aduertero,  
quod, licet iuxta doctrinam hinc traditam possit quis  
in aliquo casu absolui à censura, etiam durante con-  
tumacia: ( & quidem non solùm validè, vt iam pro-  
batum est ) sed etiam licite, si seruentur ea, quæ in  
responsione principali diximus seruanda esse; ) re-  
gulariter tamen nemo debet absolui à censura ad-  
huc persistens in contumacia, nisi periculum sit, vt  
fiat peior, ac deterior; quod notauit Bonac. loco sup.  
citat.*

**124.** *Q V A R E S X X X V I . An Regulares, si fortè  
irretiti sint pluribus censuris, possint absolui ab una  
illarum, & non ab illa.*

*Respond. posse; cùm nulla inter eas sit connexio  
necessaria, ex quo se habeant, tanquam pœnae, qua-  
rum vnam certum est auferri posse, alia remanente.  
ita *Filliuc. sup. num. 327.* & *Glos. Nau. Couar. Vgol.* addens ligatum pluribus censuris, aut excommunicati-  
onibus, vel sententiis eiusdem excommunicationis  
absoluvi posse ab uno, ac eodem Iudice ab iis omni-  
bus, & quidem vnicam absolutione, si ipse velit, ac pos-  
sit, & pœnitens id petat: imò etiam si non petat,  
Iudex tamen sic velit. E contra verò qui ligatus est  
pluribus censuris à diversis, debet ab omnibus absoluvi,  
aut certè ab uno, in quem alijs consentiant. Adde  
ligatum vna excommunicatione, sed pluribus ex  
causis, omnes debere exprimere, & si vnam malitio-  
sè reticeat, non esse simpliciter absolutum; maximè,  
si causa erat, per se sufficiens, & ex quo principalis; ni-  
si fortè absoluens generali intentione habuisset  
absoluendi ab ea, quibuscumque ex causis id conti-  
gisset.*

**125.** *Q V A R E S X X X V I I . An, & quo modo ab-  
solutio Censurarum collata Regularibus vi suorum  
priuilegorum, possit eis suffragari, quoad forum ex-  
ternum, & consequenter vi eorumdem priuilegio-  
rum possint absolui, quoad forum externum, ita vt  
non egeant alia absolutione.*

*Respond. non suffragari, nisi eo modo, quo dixi-  
mus in *tract. de priuilegiis. cap. 3. sub. 2. q. 7.* & consequen-  
ter Regulares non possint vi suorum priuilegorum  
simpliciter absoluvi à censuris, quoad forum exter-  
num, loquendo de censuris, quas ipsi incurant à in-  
tre, aut etiam quæ latæ sunt ab homine per Præla-  
tum superiorem sive extra Ordinem, sive intra. pro-  
batur hæc responsio, tum ex dictis ea *quest. 7. tum ex*  
*eo,* quod priuilegia concessa Regularibus circa ab-  
solutionem censurarum, omnia sunt restricta ad fo-  
rum conscientiæ, aut etiam sacramentale; constat autem,  
quod habens potestatem absoluendi solùm in  
foco conscientiæ, aut sacramentali non potest absolu-  
re in foco externo; vnde Regulares, qui volunt  
absoluvi à censuris incurris etiam pro foco externo,  
nisi habeant aliquod priuilegium ( de quo mihi non  
constat ) debent adiace Papam, vel alium habentem  
potestatem absoluendi à censuris etiam pro foco ex-  
terno; alioqui forum externum agere poterit contra  
ipsos, quantumvis fuerint absoluvi, quoad forum  
conscientiæ: vt notat Laymam *lib. 1. tract. 5. part. 1.*  
*cap. 7. num. 7.* addens ex Henrique *lib. 13. cap. 28. n. 2.*  
& Conincho. *D. 14. de censur. num. 207.* Regulares  
priuilegiatos sine consensu Ordinarij facile non  
debere absoluere à censuris ad forum contentiosum  
deductis, aut probabiliter deducendis: cùm abso-  
lutio dari non debeat, priusquam satisfiat parti læ-  
sa, & consequenter, si Ecclesia, aut status clericali  
( v. g. notoria clericorum percussione ) fuit laesus,  
antequam satisfiat Ecclesiæ; & alias post absolutio-  
nem datam reus non ita efficaciter virgeri possit ad  
debita satisfactionem.*

*Addo*

124.  
Addo obiter, quod si reo in foro conscientiae absoluto ab excommunicatione, eius delictum deducatur ad forum contentiosum, Index ecclesiasticus, sicut potest modo dicto non admittere absolutionem illam pro foro externo; sic & potest reum declarare excommunicatum pro dicto foro; cum respectu illius reus perinde se habeat, ac si non fuisset absolutus: quo modo Layman *supra* ait reum si celebravit post absolutionem impunitam modo dicto, posse declarari, tanquam irregularis: si enim potest illum Index declarare irregularis, illum & poterit denunciare excommunicatum.

An autem Episcopus possit absoluere suos subditos à censuris Papae reseruatis, etiam pro foro externo.

Respond. non posse, si loquamus de facultate ei competente ex Tridentino *sess. 23. c. liceat*; ibi enim facultas ad forum conscientiae limitatur iis verbis *in foro conscientiae*; secus, si loquamus de facultate Episcopo competente ratione legitimi impedimenti, paupertatis v.g. senectutis, inimicitiarum, ac similitudinis: in tali enim casu Episcopus absoluit etiam pro foro externo.

125.  
Addo absolutum ab Episcopo à censura Papali ratione impedimenti perpetui esse absolutum, etiam pro foro externo: cum *c. quamvis de sent. excom. nullam ponat restrictionem ad forum conscientiae, sed simpliciter, ac indistincte loquatur, adeoque cum ius non distinguat, nec ratio cogat distinguere, nec nos distingueremus*; vnde *Suar. D. 22. de censur. scil. 1. n. 60. & 63. ait & ibi non additur restrictio*.

Quod si taliter absolutus postea liberetur impedimento illo perpetuo (v.g. ex miraculo,) possitque adire Superiorem; non puto teneri: & ratio est; quia in citato cap. *quamvis est expressè sermo de laborantibus impedimento temporali, ideoque ex eo non debet colligi etiam absolutum ratione impedimenti perpetui teneri, si eo postea liberetur, se presentare*. ita *Sanch. lib. 2. mor. cap. 13. num. 30. Bonac. de censur. in comm. D. 1. quast. 3. part. 3. num. 11. Nald. v. absolutio à censuris num. 18.*

126.  
Quæres XXXVIII. An Regulares per absolutionem generalem censurarum, quæ præmitti solet absolucioni Sacramentali peccatorum, ita manent absoluti à censuris oblitis; vt si cuius postea recordentur, non egeant amplius directe absolvi ab illa.

Respond. Manere; cum tamen contrarium enieriat in absolutione peccatorum oblitorum, quæ si postea in memoriam reuocentur, debent tolli directe per nouam absolutionem. Ratio disparitatis est, quod iudicium Sacramentale, in quo datur absolutio peccatorum, per se requirit integrum causæ cognitionem, eo quod ad internam salutem, & curationem animæ, & ad satisfactionem diuinæ offensionis ordinetur, ideoque per se iure diuino est institutum, vt omnia peccata mortalia clavis subiiciantur; non est autem tale præceptum Ecclesiasticum impositum de censuris, quia absolutio à censura per se non habet alium effectum, neque ad alium finem intrinsecum ordinatur, nisi ad tollendum illud Ecclesiasticum impedimentum; ac proinde, quacumque ratione tollatur ab habente sufficientem potestatem, non manet alia obligatio. ita *Suar. scil. 5. num. 17. ex Co-uar. Palud. Gabr. Adriano, Ang. Sylu. Nan.* aliisque communiter, concedens, quod si quis absque obliuione peteret absolutionem à censura, non declarando se illam habere in particulari; sed vel in generali, vel etiam hoc dissimulando, & solùm petendo, vt absoluatur, si forte indiget; & absoluens sit Index ordinarius, velitque ita absoluere, valida erit absolu-

tio (quamvis alias minùs prudenter diceretur ut sua potestate;) sicut & valida erit, si absoluens habeat potestatem delegatam, non restrictam ad forum sacramentale; secus, si habeat tali modo restrictam.

127.  
Addo ex Naldo *v. excommunic. num. 40.* generalem absolutionem censurarum, quæ in collatione beneficiorum Ecclesiasticorum ex stylo Curie Romanae præmitti solet ad cautelam, non suffragari quibusdam excommunicatis; nimis non parentibus rei iudicata, incendiarijs, violatorijs Ecclesiastica libertatis, falsificantibus, & falsificari procurantibus literas, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus via facti, ansi temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus: & Nuntios, vel Executores Apostolice Sedis, & eius Officialium eis commissa exequentes impudentibus, qui propter premissa, vel aliquid eorum excommunicati a iure, vel ab homine per 4 mensis scienter excommunications sententiam huiusmodi sustinuerunt, & generaliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus etiam alias, quam ut presertur, quoniam libet ligati in illis per annum continuum insorduerint; idque ex regula Cancell. in ordine 65. Vbi notwithstanding, quod supradicta absolutio generalis censurarum excommunicatis hic in specie recensitis, non solum non suffragatur ad effectum, vt iij simpliciter, & absolute manent liberi ab ipsis censuris ( quem effectum talis absolutio namquam operatur, utpote quæ datur præcisè ad hoc, vt collatio beneficij sit valida, sicut expressè dicitur in rescripto Pontificio;) sed neque suffragatur ad hoc; vt ipsa collatio beneficij sit valida; vnde, quoad dictos excommunicatos, ea absolutio est omnino inutilis; nihilque operatur, & perinde se habet, ac si reuera non conferretur.

Quæres XXXIX. An absolutio censurarum extorta à Regularibus per dolum, aut errorem, aut per vim, & metum sit valida.

128.  
Respond. non esse; & probatur, quia ex una parte Superior non intendit absoluere, nisi iuxta causam sibi propositam, adeoque irrita est absolutio extorta per dolum versantem circa causam finalē, utpote inuoluntaria; ex alia parte absolutio censurarum extorta per metum iniuriosum cadentem in constantem vitum est inualida, non quidem iure naturali, sed positivo, quod habetur in *cap. vn. de ijs, quo ut in 6. vbi talis absolutio irritatur his verbis, omnino viribus vacuanus* inficta noua excommunicatione ei, qui per vim, aut metum eo pacto absolucionem extortis, ita *Suar. supr. D. 7. scil. 6. n. 12. & 13. aliquæ penes Bonacinam sup. quest. 3. part. 8. num. 2. & 4.*

Quæres XL. Qualis debeat esse interpretatione censurarum strictam; an ampla, & lata.

129.  
Respond. debere esse strictam; ideoque censuram latam contra facientes, non afficere mandantes, aut consulentes, nisi id ipsum exprimatur in sententia censuræ. ita *Nau. cap. 27. num. 5.* aliisque plures apud Bonacinam *sup. quest. 1. p. 6. num. 1.* & probatur, tum quia ad incurram censuram requiritur actus perfectus, quantum lex requirit; consilium autem, vel mandatum non est actus perfectus, quantum lex requirit, nisi id exprimatur: tum quia censura est pena, & consequenter odiosa, qua strictam exigit interpretationem. Dixi, nisi id ipsum in sententia censuræ exprimatur; quia aliquando in iure ultra facientes exprimuntur, etiam mandantes, & consulentes; vt in easu percussionis Clerici videre est apud Coninch. de Censur. D. 14. d. 15. a n. 171. & Laym. lib. 1. tral. 8. p. 2. cap. 5. n. 6. qui ad id probandum afferunt cap. mulieres §. vlt. & cap. quanta de sent. excommunic.

## 28 De Excomm.in genere quoad Regulares.

Addo ex Diana part. 5. tratt. 9. resol. 57. quod, sicut excommunicatio, quae extenditur ad mandantes, non comprehendit eum, qui mandauit delictum fieri, si mandatarius erat alius facturus delictum eadem promptitudine, & eodem conatu, ac si ei non fuisset mandatum: sic non ligatur excommunicatione, qui paratum occidere Clericum consulit solum percutere: cum is non dicatur culpabilitet influentia effectum veritum sub censura: siquidem ad eam incurrendam requiritur peccatum, quod in isto casu non interuenit; cum consulens minus malum parato facere maius non peccet.

### C A P V T II.

#### De Excommunicationibus in specie latis contra Regulares.

**P**RIMIS IIS, quae cap. precedenti diximus de Regularium penitentia, ac censuris in communi: superest modo, ut in sequentibus capitibus agamus in particulari de eorumdem Regularium penitentia, tam spiritualibus, quam temporibus, & quibem primò de singulis excommunicationibus in specie latis contra Religiosos, tum reseruatis, tum non reseruatis (quod praestabimus in sequenti cap.) si prius de excommunicatione in genere dixerimus, quae sunt magis propria Regularium, & minus sufficienter colligi possunt ex dictis de censuris in communi. Caput præsens diuidemus in tres sectiones, in quarum prima agemus de excommunicatione in communi, omisis tamen iis, quae facile peti possunt ex dictis de censuris in genere: in secunda, de excommunicationibus latis contra Regulares reseruatis: in tertia, de non reseruatis.

### S E C T I O I.

#### De excommunicatione in communi.

- 1 Explicatur quid sit excommunicatio.
- 2 Dividitur in maiorem, & minorem.
- 3 Maior plures operatur effectus, qui recensentur.
- 4 In presentia non omnes excommunicati sunt vitandi.
- 5 Idem ex Concilio Constantiens, quod debet servari.
- 6 Hinc tamen directe non fauetur excommunicatis.
- 7 Nec inde tenetur communicare cum illis.
- 8 Hodie vitandus est solum excommunicatus nominatum denuntiatus, aut notorius Clerici persecutor.
- 9 Ut Concilij Constantiensis licita est communicatio, etiam in dominis.
- 10 Percussio Clerici non est semper notoria, et si possit probari in iudicio.
- 11 Ut dicti Concilij nequit excommunicatus se ingere ad communicandum.
- 12 Excommunicatus priuatur communibus Ecclesiæ suffragis.
- 13 Si sit vitandus: secus, si toleratus.
- 14 Et hoc priuatio durat, usque dum excommunicatus re ipsa absoluatur, quod alii negant.
- 15 Idem, et si per contritionem redeat in gratiam, sic gaudeat communione Sanctorum.
- 16 Excommunicatus, etiam toleratus priuatur usu Sacramentorum.
- 17 Et quidem etiam ad validè, loquendo de Sacramento Pœnitentia mala fide suscepto.
- 18 Excommunicatus vitandus priuatur administratione Sacramentorum.
- 19 Et quidem etiam ad validè, loquendo de Sacramento Pœnitentiae.
- 20 Et hoc etiam quoad venialia; quod alii negant probabiliter.
- 21 Excommunicatus toleratus licet ministrat Sacra menta, si exponatur à Prelato.
- 22 Ab eo liberè petuntur Sacra menta: et si alii communiter id negent.
- 23 Nomine diuinorum Officiorum plura veniunt.
- 24 Excommunicatus etiam toleratus priuatur diuinis officijs.
- 25 Non tamen absolute.
- 26 Excommunicatus vitandus absolute priuatur cele bratione, & auditione Missæ: secus, si sit toleratus.
- 27 Omnino obtainendum à Missâ celebranda coram ex communicatione vitando.
- 28 Is nequit Horas canonicas recitare publicè, ac solemniter.
- 29 Non peccat mortaliter vitandus, si cum alio priuatis Horas recitet.
- 30 Excommunicatus, etiam vitandus concionatur, legitimè Theologiam, aut Scripturam.
- 31 Item audit concionem, sed non lectionem Theologie, aut Scripture.
- 32 Non potest interessè Processionibus.
- 33 Nequit vii aqua benedicta ad lucrandas satisfactio nes, &c. at intrat Ecclesiam extra tempus diuinorum Officiorum.
- 34 Excommunicatus vitandus priuatur Ecclesiastica sepultura non item toleratus.
- 35 Explicatur quid veniat nomine Ecclesiastica sepultura.
- 36 Sepelient in loco sacro excommunicatum vitandum, incurrit excommunicationem reseruatam, si propriis manibus sepeliat.
- 37 Ostenditur excommunicatum toleratum non carere Ecclesiastica sepultura.
- 38 Excommunicatus vitandus non sepelitur in loco sacro, licet contritus, si non absoluatur.
- 39 At sepelitur, si ante mortem, si absoluatur à laico: quod alii negant.
- 40 Caret usu iurisdictionis Ecclesiastica, & ad licet, & ad validè ad licet vero solum si excommunicatus sit toleratus.
- 41 Excipi potest contra actus excommunicati tolerati sponte se ingerentis.
- 42 Prelatus regularis, qui est excommunicatus toleratus, non repellendus à subditis.
- 43 Si tamen est vitandus, non exercet actus iurisdictionis, at facit actus superioritatis: et si approbet ad confessiones.
- 44 Imo & actus iurisdictionis, si sit toleratus, & requiratur à subditis.
- 45 Iurisdictione delegata suspenditur, si delegans sit excommunicatus, et si non semper.
- 46 Et hoc etiam, quod ad Vicarium subordinatum Prelato.
- 47 Excommunicatus vitandus priuatus voce actina, & passiva.
- 48 Probatur assertio.
- 49 Electio non est semper irrita ex suffragio excommunicati vitandi.
- 50 Excommunicatus non est inelegibilis ad quamcumque dignitatem.
- 51 Idem, et si probabiliter ignoret suam excommunicacionem, quod alii rejiciunt.

# Tract. VII. Cap. II. Sect. I.

29

- 52 Electus ante excommunicationem acceptat dignitatem postea excommunicatus.
- 53 Religiosus toleratus interdum validè eligitur ad prelaturam Ordinis.
- 54 Eligens vitandum ad dignitates ecclesiasticas, subest varijs pœnis.
- 55 Excommunicatus occultus, si eligatur ad dignitatem ecclesiasticam debet se prodere, sed non semper.
- 56 Excommunicatus est incapax cuiusvis beneficij ecclesiastici.
- 57 At acquirit fructus beneficij anteò obtenti, si eius onera implet.
- 58 Declaratur, in quo consistat Communicatio civilis vetita excommunicato, quoad omnes baptizatos, etiam hereticos: quæ prohibitio afficit etiam non excommunicatos, quoad excommunicatos; & suspenditur in aliquibus casibus, etiam respectu excommunicati vitandi.
- 59 Excommunicatus priuatur qualibet ciuili communicatione.
- 60 Regulares non communicant ciuiliter cum suo Prælato vitando, prout Prælatus eorum est.
- 61 At cum eo communicant, prout cum eo habitant, idque eti si sint hospites.
- 62 Communicant & Oblati, ac Tertiarii, si habitent in eodem Conventu.
- 63 Non item Moniales respectu Prælati, cui immedia-  
tè subsunt.
- 64 Communicant & Novitijs, quantum petit cohabitatio.
- 65 Prælaus tamen, si sit vitandus, regulariter non com-  
municat cum Religiosis subditis.
- 66 Limita, nisi ab his in casibus permisis requiratur.
- 67 Religiosus, & eius Prælaus, si sint vitandi, communi-  
ciant in ciuilibus, sed non absolute.
- 68 Religiosi vitandi in aliquibus communicant cum suis Correligionis.
- 69 Idque etiam in ordine ad Correligionem, qui item  
sit vitandus.
- 70 Religiosi vitandi arcentur à communi Refectorio.
- 71 Limita, nisi Refectorium sit amplius, & ijs comedant  
in mensa distincta.
- 72 At non arcentur à communi Dormitorio.
- 73 Coambulant, itinerant, & laborant cum suis Religio-  
sis; sed cum limitatione.
- 74 Peregrinantes excipi possunt in alia Monasteria  
ut hospites.
- 75 Non debent salutari, immo nec resalutari.
- 76 Ad eos non scribuntur literæ, etiæ iuxta aliquos ad  
eos possit rescribi.
- 77 Cum ijs non licet confabulari, neque per missum,  
aut interpretem.
- 78 Illis dari non potest osculum pacis.
- 79 Non ijs transmitti possunt munera.
- 80 Pro excommunicato tolerato, licet absolute orare, ac  
celebrare Missam; non item pro vitando, si loqua-  
mur de oratione facta in persona Ecclesie.
- 81 Offeruntur Missæ pro Hæreticorum conuersione.
- 82 Excommunicatus quicunque si pro se celebret, Mis-  
sa ipsi non prodest.
- 83 Missa oblata pro vitando in persona Christi, quoad  
aliquid prodest.
- 84 Si adiit necessitas, audiri possunt lectiones Philoso-  
phie à vitando habita.
- 85 Nec ea intermittenda, ex eo quod ijs assistat aliquis  
vitandus.
- 86 Officiales monasterij non amouentur, etiæ sint excom-  
municati vitandi.
- 87 Idque ratione famulatus.
- 88 Religiosi communicant in aliquibus cum Parentibus  
vitandis, immo absolute iuxta aliquos.

Pellizzarij Manual Regul. Tom. II.

89 Contraclus à Religioso vitando factus ex officio est  
illicitus, ac inualidus.

90 Secundus, si fiat tanquam à persona priuata.

91 Communicans cum vitando peccat, sed non semper.

92 Excommunicatus prohibetur communicare in alteris  
bus forensibus, sed non in omnibus eodem modo.

93 At ut reus conuenitur in iudicio, etiæ sit vitandus.  
Notarius, si sit vitandus, interdum exercet suum  
munus inualide.

94 Rescripta Apostolica non profunt excommunicato.

95 Perseuerans in excommunicacione per annum est sa-  
pientius de heresi.

96 Communicans cum vitando afficitur excommunica-  
tione minori.

97 Hac plures effectus operantur: fertur etiam pro pecca-  
to venialis; ac non incurritur à resalutante vitan-  
dum: ab ea excusat ignorantia: eam non incurrit  
Religiosus associans alium Religiosam agentem  
cum vitando, si hunc verbaliter salutet, aut breui  
illoquatur: non peccat m. qui se exponit periculo  
contrahendi minorem excommunicationem: hac  
non admittit paruitatem materie; non facit iuxta  
aliquos irritabilem electionem ad beneficium: non  
vetat communicationem cum fidelibus: excommu-  
nicatio hac non incurritur à sepeliente vitandu-  
m: ea dicitur minor comparatione maioris: non fertur  
ab homine, etiæ posset ferri: ligat presentantes, aut  
conferentes beneficium affecto hac excommunica-  
tione: at sic eligentes non incurrint ullam pœ-  
nam: ab ea absoluunt quilibet Confessarius, si illa sit  
à iure: at ab ea non absoluunt simplex Sacerdos.

## Q VÆRES I. Quid sit excommunicatio.

**Q** Respond. esse censuram Ecclesiasticam, quæ  
priuat directè communione fidelium, vel absolu-  
tè; (vt maior) vel sola passiva, quæ consistit in per-  
ceptione Sacramentorum (vt minor excommunica-  
tio). ita Coninh. de Censur. D. 14. num. 1. ex Soto,  
Suar. Auil. Nau. & aliis monens sic excommunica-  
tionem differre à reliquis pœnis, que vel non sunt  
censuræ, vel certè non nisi indirectè priuant cōmu-  
nione fidelium; vt patet in suspensione, quæ priuat  
quidem vnu beneficij, & exercitio officij, quatenus  
talia sunt; non tamen directè iis priuant, quatenus  
habent rationem communicationis fidelium, sed  
tantum consequenter.

## Q VÆRES II. quotuplex sit excommunicatio.

Respond. esse duplē, maiorem scilicet, & mi-  
norem; vt expresse habetur cap. penul. de sent. excom-  
munic. vbi maior dicitur esse illa, quæ à communio-  
ne fidelium separat, scilicet absolute, quatenus sic  
excommunicatis interdictur omnis communicatio  
cum fidelibus; minor vero, quæ à perceptione Sacra-  
mentorum separat. In iure autem nomine excommu-  
nicationis simpliciter intelligitur maior, nisi forte  
in materia subiecta, aut ex adiunctis contrarium  
aliando colligatur; quod notant DD. communiter  
apud Filiuc. tract. 12. num. 8.

## Q VÆRES III. Quot sint effectus excommu- nicationis maioris, & qui.

Respond. esse 9. Primus est priuatio communium  
suffragiorum Ecclesie: secundus est priuatio parti-  
cipiationis Sacramentorum actiua, & passiua: 3.  
est priuatio diuinorum Officiorum, & rerum sacra-  
rum: 4. est priuatio sepulturæ Ecclesiastice: 5.  
est priuatio iurisdictionis Ecclesiastice, ac vocis  
actiua, & passiua: 6. est priuatio, & inhabilitas ad  
beneficia Ecclesiastica: 7. est priuatio communica-  
tionis ciuilis, cum aliis fidelibus: 8. est priuatio  
communicationis forensis, ac judicialis: 9. est an-

C 3

nullatio

# 30 De Excommunicis in genere quoad Regul.

nullatio impetracionis gratiarum. Hi autem effectus continentur eo carmine, quod Doctores afferre solent, *Os, orare, vale, communio, mensa negantur, & sumuntur ex ipsa natura excommunicationis: quippe, quæ præcipue consistit in hoc, quod neque excommunicati possunt cùmunicare cu aliis fidelibus, neque alij fideles, cum ipsis in suis actionibus; vnde sit; vt ad maiorem explicationem horum effectuum opus sit priùs exponere, qua ratione eiusmodi negatio communionis obliget; pro qua re*

**4.** Aduerto primò, quod, licet olim omnes omnino excommunicati essent vitandi, ita vt qui publicè noscerentur esse excommunicati, publicè vitarentur; priuatim verò, qui priuatim noscerentur excommunicati: Concil. Constantiense in Extrauag. Insuper ad uitanda, relata ex S. Antonin. à Soto in 4. d. 22. q. 1. a. 4. (quæ dicitur confirmata à Martino V. & Concil. Basileensi in Extrauag. Ad uitanda,) & Leo X. in Concil. Lateranensi. in concordatis Gallorum, quoad hoc, aliquam moderationem adhibuerunt: cum aliqua tamen differentia: quod Concil. Constantiense statuit, ne quis in posterum in perceptione, vel administratione Sacramentorum, aut in diuinis Officiis, aut etiam extra ea teneatur vitare ligatus excommunicatione, aut alia censura, nisi censura sit nominatum contra eos à Iudice publicata, vel denunciata, exceptis tamen Clericorum percussoribus ita notoriis, vt factum nulla tergiuersatione possit celare, aut excusari: Concilium verò Basileense excipit ab hac moderatione omnes omnino plenè notoriè excommunicatos.

**5.** Aduerto 2. ex communi DD. sententia apud Coninch. n. 9. in præsentia seruandum esse statutum, non Concilij Basileensis, sed Constantiensi, vt pote, quod approbat praxis totius Ecclesiæ, dum per totam Germaniam, Galliam, ac Belgium Catholici siue scrupulo, aut Prælatorum reprehensione conversantur, cum notoriis hæreticis, quod utique non fieret, si statutum Concilij Basileensis vigeret.

**6.** Aduerto 3. per supradicta statuta nihil fauoris propriè concedi excommunicatis (vt expressè habetur in Concil. Basileensi. quoad hoc, communiter recepto) ac proinde excommunicatos etiam toleratos (qui scilicet non sunt vitiandi, cùm non sint nominatum denuntiati, aut notoriis percussores Clerici) eodem modo teneri vitare alios, atque teniebantur ante dicta statuta: quamuis per accidens, & consequenter aliquid commodi inde recipiant, quatenus legitimè ab aliis prouocati possunt, cum iis cùmunicare, tam in rebus sacris, quam in prophanicis, alijs facere, quæ alioqui facere non possent sine peccato, si se ipsis ad ea se ingerent.

**7.** Aduerto 4. quod, quamvis vi supradictorum statutorum possint fideles cùm excommunicatis toleratis, modo dicto: ad id tamen non tenentur, immò possunt sine ipsorum iniuria abstine-re à tali communicatione tam publicè, quam priuatim: dummodo illorum excommunicatio sit, vel publicè nota, vel possit sufficienter probari: quo pacto paret Index, aut pars litigans exceptione repellere actorem, aduocatum, & testem excommunicatum (nisi forte consuetudo, aut specialia foedera alicuius regionis aliter petant, aut aliud suadeat lex charitatis, pietatis, ac obseruantiaz.) ita Laym. lib. 3. truct. 5. p. 2. cap. 4. n. 4. addens, quod, licet fideles communica-cando cum excommunicatis toleratis nunquam peccent contra censuram Ecclesiasticanam, adeoque nunquam contrahant minorem excommunicacionem vi talis communicationis; interdum tamen peccare possunt contra legem naturalem charitatis,

si absque necessitate, cum iis communicent: vt si videant eos ex tali communicatione magis in sua contumacia confirmatum iri, qui alijs, si vitarentur, faciliter, ac citius resipiscerent.

**8.** Aduerto 5. nominatum excommunicatum non præsumi vitandum, nisi priùs denuntietur, siue per schedulas loco publico affixas, siue per denun-tiationem publicè factam, vt notat *Auila p. 2. de Censur. c. 6. D. 2. disp. 3.* notorium verò Clerici percussorem ad hunc effectum dici illum, cuius percusso in ratione delicti ita est nota plurimis, vt nulla ratione negari possit, aut excusari; vnde Fagund. p. 1. lib. 2. cap. 5. n. 12. rard contingere percussionem Clerici esse notoriam factò, vt non possit aliquo iuris remedio, aut probabilitate aliqua excusari; quod etiam docet Diana p. 5. truct. 9. resol. 61. ex Calest. his verbis: *Cum possit percussor Clerici notorius dicere fuisse se ebrium, aut in suam defensionem fecisse, vel ignorasse excommunicationem percussioni esse annexam, & alia tergiuersatione celore crimen, alleganda in iudicio ru-moris falsitatem: ideo quandiu non constat per Iudicis sententiam illum iuris remedio non posse excusari, nunquam dicitur notorius Clerici percussor, & ideo non est vitandus ante sententiam Iudicis, qui illum debet citare ad allegandum pro se. ita Diana addens resol. 134. cum Prspos. Auila, & Layman. nominatum denuntiatum, aut publicum Clerici percussorem in uno loco ne-que priuatim vitandum esse in alio loco, in quo de-lictum sit occultum: quidquid aliqui contradicant Bonac. de Censur. in comm. D. 2. quas. 2. p. 6. §. 2. num. 48. Laym. supr. num. 3. Sanchez lib. in Decalog. cap. 11. num. 21.*

**9.** Aduerto 6. vt sup. dictorum statutorum concedi fidelibus, vt possint cùm excommunicato tolerato, non solum in actibus prophanicis, ac ciuilibus, sed etiam in sacris; dummodo concurrent haec circumstantiae; nimis quod excommunicati nullo modo se ingerant, aut sacras actiones obeant, nisi quatenus hic, & nunc opus est, vt satisfaciant non excommunicato: quodque sacramenta collatu-turi prius conterantur: & si fieri possit, priùs absoluuntur; sic enim isti non peccant communicando, modo, etsi peccent ob defectum contritionis, non sicut irregulares exercendo actum ordinis, modò per eos non ster, quo minus priùs absoluuntur; ita Coninch. supr. n. 18. & 29.

**10.** Aduerto 7. quod spectat ad notorietatem facti, de qua in §. aduerto 5. tunc percussionem Clerici dici notoriam, quando in Ciuitate plurimis nota est, ita vt negari nequeat, aut vlla ratione probabilitate defendi iure facta: quo casu percussor debet vitari per totam Ciuitatem, & quidem publicè; respectuè verò dici percussionem publicam, quando nota est maiori parti Collegij, in quo habitat (modo ibi saltem inhabitent decem); quo casu percussor debet vitari in eo Collegio, non tamen publicè, donec factum publicè innescar; ita Coninch. num. 11. à quo non dissentit Diana p. 2. truct. 16. resol. 24. qui ex Nau. Soto, & Auila ait percussionem Clerici non dici notoriam in magna Ciuitate, etiam si facta sit cotam 12. personis: secūs, si in paruo oppido, vicinia, aut Collegio.

**11.** Aduerto 8. ex Coninch. num. 14. & seqq. vi sup. dictorum statutorum licere fidelibus cùm excommunicatis toleratis eodem modo, ac si non essent, excommunicati: idque non solum in rebus ciuilibus, sed etiam in sacris; si fideles iis se vltro offerant ad aliquid sacrum peragendum, non item, si ij hoc modo non se offerant: tunc enim non possunt sine causa rationabili ad id induci, siue sint Pastores,

# Tract. VII. Cap. II. Sect. I.

31

8. Pastores, siue non. Quæ omnia sunt benè aduentenda; facient namque ad solutionem plurium difficultatum, quæ modò proponentur.

9. QVÆRES IV. An, & quo modo Regulares vi excommunicationis priuentur suffragiis communib[us] Ecclesie, imò & proprij Ordinis, ex quibus unaquæque Religio suum quasi thesaurum constituit.

10. Respond. priuari; nomine communium suffragiorum intelligendo spiritualia quædam subsidia, quibus Ecclesia suffragatur suis membris, siue in ordine ad satisfactionem pro pena temporali, siue in ordine ad meritum de congruo, siue in ordine ad impetranda aliqua bona, præsertim spiritualia, vel quæ ad illa iuerint; eaque reuocando ad tria, nemirum ad sacrificium Missæ, ad orationes, aliisque actiones sacras, quæ fiunt ab Ecclesiæ Ministris in persona totius Ecclesiæ, necnon ad Indulgentias, quæ conceduntur à Papa, vel aliis Prælatis. Ratio responsionis est, quod Ecclesia, cùm sit domina, aut saltem dispensatrix supradictorum spiritualium bonorum, potest ea denegare indignis, & contumacibus obbonum, tum publicum, tum ipsorummet promouendum, voluntatēque coniunxit, cum potestate excludendo excommunicatum à participatione talium bonorum, vt expressit in cap. à nobis 2. cap. sacris, cùm aliis de sent. excommunic. in quibus idem excommunicati dicuntur expelli ab Ecclesia, quia à communib[us] Ecclesiæ suffragiis expelluntur. Quæ ratio sine dubio non minus probat Religiosum excommunicatum priuari communib[us] suffragiis proprij Ordinis, quam communib[us] Ecclesiæ suffragiis: cùm etiam illa comprehendantur inter communia suffragia Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia sit eorum domina, aut dispensatrix, æquè ac est aliorum suffragiorum, adeoque de illis possit disponere, prout voluerit, ea denegando indignis, & contumacibus; vnde, cùm iure Ecclesiastico excommunicationi majori sit annexa priuatio suffragiorum, & nomine horum veniant sacrificia, indulgentia, orationes publicæ, aliisque ad genus: hoc ipso, quod Regulares sunt excommunicati, ea omnia ipsis subtrahuntur, siue sint communia toti Ecclesiæ, siue proprio eorum Ordini; est enim par ratio de utrisque, vt patet; ita viri docti à me de hoc consulti, & satis probabiliter.

11. Difficultas est, an talis priuatio suffragiorum afficiat Regulares, excommunicatos, si sint tolerati, non autem vitandi iuxta supradicta.

12. Respond. probabile esse non afficere; & probatur, quia Conc. Constantiense absolute concedit, vt possimus, cum dictis excommunicatis communicare in omnibus diuinis Officiis; cùm tamen sub hac communicatione comprehendatur, etiam applicatio suffragiorum: & hinc patet, quod talis concessio, vt favorabilis extendi debet, quantum verba patiuntur: hanc autem extensionem communi modo loquendi patiuntur, stante quod ratione huius applicationis, & participationis dicitur in Ecclesia esse communio Sanctorum: vt proinde Ecclesia semper hæc duo pro eodem accepit nos cum aliquo communicare; & orationes publicas pro eo facere; vt patet ex cap. sacris 38. & cap. à nobis 28. de sent. excommunic. Ita Coninch. supr. num. 40. cum Nauar. cap. 27. n. 36. Hentiq. l. 13. cap. 11. n. 2. & aliis contra Sotum in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Suar. D. 9. de censur. sect. 2. n. 16. Filliuc. tract. 12. num. 40. aliisque apud Bonac. de Censur. in commun. D. 2. q. 2. p. 1. §. 1. num. 1. absolute docentes quoslibet excommunicatos, quantumuis toleratos priuari communib[us] Ecclesiæ suffragiis: quippe

qui iure antiquo ex communi sententia erant dictis suffragiis priuati, & aliæ iure novo in illo relevati sunt; vt colligitur ex Concil. Constantiensis ultimis verbis: Per hæc autem non intendimus ipsos excommunicatos, suspensos, & interdictos in aliquo subleuare, &c. quamquam dici possit cum eodem Coninco num. 19. eiusmodi verba intelligenda esse de subleuatione directa, non item de indirecta, & ex consequenti; siquidem hoc ipso, quod Concilium concedit non excommunicatis, vt possint communicare cum excommunicatis toleratis, consequenter debet concedere dictis excommunicatis, vt possint sic communicare cum aliis; aliæ talis concessio esset inutilis. vt patet.

13. Grauior difficultas est, an Regulares, qui sunt excommunicati non tolerati, gaudeant participatione communium suffragiorum, & satisfactionum, cum primùm recedunt à culpa, & contumacia, & per contritionem, aut confessionem iustificantur, esto nondum absoluti sint ab excommunicatione, cùm tamen per ipsos non stet, qno minus absoluantur.

14. Respond. quod, quamvis S. Anton. Rich. Couarr. Nauarr. & Auila relati à Laym. supr. cap. 2. num. 3. alii que apud Bonac. supr. §. 2. n. 1. putent eos gaudere, illa ducti ratione, quod videtur esse alienum à pietate Ecclesiæ velle eum priuare spiritualibus communib[us] auxiliis, & Sathanæ insidiis obiicere, qui à culpa, & inobedientia (cuius causa tanta pena ipsis illata est) penitus recessit: præterquam quod excommunicatus modo dicto emendatus sit viuum membrum Christi, ac Ecclesiæ, idèque vegetari debet communi spiritu, & influxu, non minus, quam alia membra; nihilominus communior, & probabilius est sententia negans, quam sequuntur Suar. Coninc. Sot. & Alan. quos refert, & sequitur Laym. num. 4. Filliuc. num. 45. Bonac. num. 2. aliique penes ipsos; & probatur, tum quia excommunicatus contritus adhuc est excommunicatus, donec absoluatur; excommunicatio autem, quamdiu non aufertur, sius effectus operatur, inter quos est etiam hic, quod priuat communib[us] Ecclesiæ suffragiis; tum quia alioqui excommunicatus contritus nondum absoluatus posset eodem modo accedere occulte ad recipienda Sacraenta, vel ad occulte celebrandum, quod tamen non admittunt Aduersarij: qui proinde, sicut non existimant Ecclesiam minus piam ex eo quod excludat excommunicatum contritum à Sacramentis, ita nec debent dicere illam esse minus piam ex eo quod illum excludat à communib[us] suffragiis; tum denique, quia excommunicatio est pena externa, quæ etiam lata sit ob culpam, durat tamen, ea sublata coram Deo, donec auferatur etiam coram Ecclesia.

15. Nec obstat, quod excommunicatus contritus, cùm sit in gratia, gaudet communione fidelium in bonis operibus, de qua dicitur in symbolo, ergo etiam participabit de communib[us] suffragiis, de quibus participant alij fideles.

16. Respond. enim negando paritatem: si quidem communio de qua in symbolo, non pendet ex intentione operantis, sed sequitur ex natura charitatis ob solam bonorum societatem: quatenus scilicet, quod singula membra Ecclesiæ sunt meliora, eò etiam sit gratius totum corpus Deo, adeoque maiorem habet prouidentiam singulorum ob cæterorum societatem; at coimmunio suffragiorum consistit in hoc, vt aliquis sit unus ex iis, pro quibus Ecclesia orat, & applicat suas satisfactiones, indulgentias, & merita de congruo: qualis certè non est excommunicatus, quem Ecclesia positiue excludit ab ista communione;

## 32 De Excommunicato in genere quoad Regul.

ne, & participatione; vt constat ex cap. à nobis de sent. excommunicato. quod, cùm excludat excommunicatum à communib[us] suffragijs, nullam facit distinctionem inter excommunicatum contritum, & non contritum: lex autem generaliter loquens generaliter debet intelligi.

**Qværes V.** An, & qualiter Regulares vi excommunicationis priuentur susceptione Sacramentorum.

16.

Respond. priuari, siue sint excommunicati vitandi, siue tolerati: & probatur, tum quia ante Concilium Constantiense excommunicati, etiam tolerati prohibeantur recipere Sacramenta: in praesentia autem nullus fauor ipsis concessus est, nec in vlo fuerunt releuati, vt pater ex dictis; tum quia si participatio Sacramentorum non esset ipsis prohibita, nec esset quæcumque alia, vt in diuinis Officiis, &c. cum sit par ratio omnium: sicque vix ullum esset discrimen inter excommunicatum toleratum, & non excommunicatum; quod non est admittendum. Ita Sayr. l.2.de Censur. cap. 3.n.27. Filliuc. tract. 12. n.55. aliique communiter apud Couar. in cap. Alma mater x.p. §.2. num. 11. qui tamen concedunt, cùm præceptum Ecclesie cedat præcepto naturali, quod quis habet vitandi infamiam, scandalum, aut periculum mortis, posse excommunicatum, etiam vitandum in tali casu recipere Sacramenta, & quidem non solum validè, sed etiam licite.

17.

Dico non solum validè, sed etiam licite, ad indicandum esse quæstionem inter DD. an Sacra menta recepta ab excommunicato sint valida: quamquam difficultas esse possit solum de Sacramento Pœnitentiæ; si quidem loquendo de aliis, certum est ea validè recipi ab excommunicato: cùm ex una parte excommunicatio non reddat personam incapacem illorum, & ex alia non impedit quidquam eorum, quæ pertinent ad substantiam Sacramenti. Quod ergo spectat ad Sacramentum Pœnitentiæ, tunc demum excommunicatus, inualidè recipit hoc Sacramentum, quando in eius susceptione peccat mort. (vt si sciens se non posse confiteri, nisi prius absoluatur ab excommunicatione, nihilominus velit confiteri, &c.) secùs, si in eius susceptione nullum mort. peccatum committat. Ratio disparitatis est, quod in priori casu apponitur peccatum mort. quod cùm sit contra substantiam Sacramenti Pœnitentiæ, illud reddit irritum; vt tradunt DD. in materia de confessione; in posteriori verò casu non apponitur quidquam, quod sit contra substantiam Sacramenti; cùm excommunicatio sit tantum vinculum, quod habet adiunctum præceptum non recipiendi Sacra menta, adeoque eorum receptionem solum facit illicitam, non autem inualidam; imò nec illicitam, si extet causa aliqua excusans recipientem à peccato; vt si excommunicatus inuincibiliter ignoret se esse irritum excommunicatione, aut bona fide credat se posse confiteri, non obstante excommunicatione; est communior DD. apud Filliuc. supr. num. 59. contra Maiorem, Sylvest. Gabr. S. Anton. Sot. & Ledesmam apud eundem Filliuc. oppositum sustinentes, quorum rationes afferat, & soluit ipsem Filliuc. num. 60.

**Qværes VI.** An, & quomodo Regulares vi excommunicationis prohibeantur ministrare Sacra menta.

18.

Respond. prohiberi, si sint vitandi: & quidem sub pena irregularitatis, quām incurunt, quotiescumque illicitè ministrant aliquod Sacramentum, vt manifestè colligitur ex cap. si celebrat. de Cler. excommunic. ministr. secùs, si sint tolerati, dummodo

non se ingērant, & inuitent ad Sacramentum. Ratiō responsionis est, quod excommunicatio maior ex sua propria ratione auctor facultatem ministrandi Sacra menta, vt constat ex dictis q. 3. ius autem, quoad hoc, nihil concedit excommunicatis vitandis, sed solum toleratis, vt ostendimus; hi enim hoc ipso quod fideles non excommunicati possunt licite communicare cum illis, etiam in Sacra mentis, (vt habetur in Extranaq. ad uitanda) vtique & illi poterunt licite ea ministrare; cùm recipere, & ministrare sint correlativa, & consequenter uno eorum concessa, & aliud necesse sit concedi; est communis DD. & certa penes Filliuc. num. 68. & 69. quamvis (quod spectat ad vitandos) concedendum sit eos in casu necessitatis posse ministrare Sacra menta, & quidem non solum Baptisini, ac Pœnitentiæ (si non adsit aliis, qui in extrema necessitate ministrat,) sed etiam Eucharistie, & Extreme Uunctionis iis, qui morituri aliud Sacramentum suscipere nequeunt; quod inter alios notat Laym. supr. num. 5. ex Nauar. Suar. & Aula.

An verò excommunicatus vitandus validè ministret Sacra menta, si id faciat extra casum necessitatis temere, & mala fide.

Respond. validè ministrare, excepto tamē Sacramento Pœnitentiæ. Ita Bonac. part. 1. §.4. num. 1. ex Vgol. Suar. Sayr. Henrīq. Vasq. & aliis, Laym. supr. Filliuc. num. 77. aliique, & probatur, quia ex una parte Sacra menta sunt valida, quoties adest materia, forma, & intentio Ministri, quæ omnia concurrunt, dum excommunicatus vitandus confert Sacra menta, si excipiat Sacramento Pœnitentiæ; ex alia parte excommunicatus vitandus caret iurisdictione (vt diximus q. 3. & infra probauimus) Sacramentum autem Pœnitentiæ non potest validè administrari absque iurisdictione: quippe quod ultra potestatem Ordinis requirit etiam potestatem iurisdictionis (intellige, nisi iuxta alibi dicta error communis, & titulus coloratus suppleant iurisdictionem ex l. Barbari, ff. de offic. Prætoris;) idque siue adsit bona fides pœnitentis, siue non; bona quippe fides excusat à peccato, sed non præbet valorem actui, vt omnes concedunt.

Grauior dubitatio est, an excommunicatus vitandus validè absoluat saltem à peccatis venialibus.

Respond. Diana p. 5. tract. 9. refol. 84. ex Vasq. probabile esse, quod possit; probatque ex eo, quod Sacerdos iure diuino, quoad venialia, habet iurisdictionem, & materiam sufficienter applicatam; itavt Ecclesia non possit per censuras impedire tales potestatem: oppositum docent Præpositus, Raynaud. & Aula penes ipsum Dianam, & sine dubio probabilius; cùm probabilius sit iurisdictionem, ac potestatem absoluendi à venialibus competere Sacerdoti, non iure diuino, sed Ecclesiastico, adeoque posse & tolli, & suspendi ab Ecclesia; sicuti de facto eam suspendit, quoad excommunicatos vitandos.

Illud etiam hic quarti potest, an Religiosus excommunicatus toleratus licite ministrat Sacra menta, si id faciat, non petitus ab iis, quibus ea ministrat, sed expositus à proprio Superiore Monasterij, eo quod v. g. adsit penuria Confessoriorum, & aliorum Sacerdotum.

Respond. quod, licet DD. communiter afferant excommunicatum toleratum, tunc demum posse ministrare Sacra menta licite, & validè, quando petitur à fidelibus, nullamque mentionem faciant de praesenti casu; nihilominus puto beneficium Extrauagantis ad uitanda suffragari etiam in casu hīc proposito. Ducor, quod, ubi militat eadem ratio, militat eadem

22.

19.

23.

20.

24.

20.

eadem iuris dispositio; ratio autem, quæ militat ad hoc, ut Religiosus excommunicatus toleratus licet possit ministrare Sacra menta, quando petitur a fidelibus, militat item in casu, quo ille a Superiori regulari motu proprio ad talem effectum exponitur; siquidem etiam in hoc casu saluat ur, quod excommunicatus non se ingerit, neque in villa re relevatur: cum potius teneatur Superior, qui sic consultit necessitatibus occurrenti propriæ Ecclesiæ, & promoveatur bonum spirituale fidelium; qui proinde in tali casu dici possunt interpretatione petere; ita doctri Neoterici a me consulti, & satis probabili ter.

Illud præterea inter DD. controvenerit, an fideles licet possint petere Sacra menta ab excommunicatis toleratis, etiam secluso casu necessitatibus, aut majoris utilitatis; eo quod v. g. desit alius, qui æque utiliter ministret.

**22.** Respond. Diana *supr. resol. 133.* ex Soto in 4. d. 22. q. 1. art. 4. Sanch. 1. 7. de matr. D. 9. n. 8. & Laym. *supr. cap. 4. n. 5.* posse; probatque ex eo eo, quod Conc. Constantiense fidelibus absolute concedit facultatem communicandi, cum excommunicatis toleratis tam in sacris, quam in politicis: ubi autem lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: immo lex generaliter loquens generaliter debet intelligi, praesertim, si sit favorabilis (qualis sine dubio est ea, de qua hinc.) Oppositam sententiam communiter sustinent DD. apud eundem Dianam, eo nixi fundamento, quod, sicut excommunicatus toleratus peccat ministrando Sacra menta extra casum necessitatis, cum per se indecens videatur, ut praecisus ab Ecclesia sine necessitate obeat publica ministeria: ita & peccabit, qui id ipsum petit ab illis sine necessitate: verum hoc fundamentum esse falsum constat ex modis dictis, ideoque non facit contra nos, cum nittatur falsa hypothese.

**23.** **QVÆRES VII.** An Regulares priuentur diuinis Officiis hoc ipso, quod sunt excommunicati, & quo modo.

Pro responsione suppono *ex cap. si quis Episcopus 4. 11. q. 3. & cap. is cui de sentent. excommunic. in 6. ex communi interpretatione Doctorum, ac consuetudine, & communi usu Ecclesiæ, hinc nomine diuinorum Officiorum venire officium Missæ: 2. Officium canonicum: 7. horarum canonicarum: 3. publicas Processiones: 4. omnem publicam orationem, aut benedictionem, quæ ex Ecclesiæ, aut Christi institutione fit solemniter, & est annexa alicui Ordini, sive sacro, sive ex minoribus: 5. solemnem benedictionem Aquæ, Palmarum, Candalarum, & multò magis consecrationem chris matis, & similia: his suppositis.*

**24.** Respond. Regulares vi excommunicationis priuati diuinis Officiis, sive sint excommunicati vitandi, sive etiam tolerati: non tamen omnibus eodem modo; cum Missa quidem prohibetur absolute, ita ut eam nec dicere, nec audire, nec ei interesse possint; horis vero canonice solùm publicè, ne scilicet eas recitent in publico, & solemniter, alias obligati ad eas priuatum recitandas. est communis DD. apud Sayt. *supr. cap. 3. num. 18. & probatur, tum ex cap. si cui Apostoli, cum tribus seqq. 1. q. 3. cap. nuper de sent. excommunic. & cap. alma eod. in 6.* tum quia excommunicatis prohibita est communio fidelium simpliciter; exercendo autem munera ad diuina Officia spectantia communicatur cum fidelibus, ut patet; id que etsi excommunicati sint tolerati; cum enim ex Conc. Constant. nullus fauor ipsis conferatur, & alioqui in ipsorum fauorem cedat usus diuinorum

Officiorum, sequitur talem usum ipsis non concedi, quantumuis sint tolerati.

Vnde infero iuxta dicta q. preced. §. vnum hic queri potest; quod si Regularis sit excommunicatus toleratus, & Superior monasterij ei præcipiat, ut non obstante excommunicatione, obeat aliquod ex diuinis Officiis (v. g. ut canat horas in Choro, ut accedit ad publicam processionem, &c.) poterit haec omnia licet præstare; cum id non redundet in favorem personæ excommunicatae, sed aliorum: quod intendit Conc. Constantiense indulgens fidelibus, quod possint modo supradicto communicare, cum excommunicatis toleratis.

**25.** **QVÆRES VIII.** Quo modo Regulares vi excommunicationis priuentur diuino Officio Missæ.

Respond. cum distinctione: vel enim sunt excommunicati vitandi, & sic absolute non possunt dicere Missam, neque ei interesse, præterquam in casu necessitatis, ad cauendam infamiam, vitandum scandalum, &c. vel sunt tolerati, & sic non possunt quidem se ingerere ad celebrandum, aut audiendum Missam, possunt tamen utrumque præstare, si ab aliis petantur in morali necessitate petentiū; ut bene aduertit Suar. *supr. D. 11. sect. 4. num. 14.* id inde colligens, quod in Extrauag. *ad uitanda* dicitur fideles participare posse, cum excommunicato tolerato non modò in Sacramentis, verum etiam in quibuscumque aliis diuinis; cum tamen Missa sit præcipuum inter diuinæ. Ratio responsionis est, quod quilibet excommunicatus generaliter priuatur communione, & participatione in diuinis; qualis utique supponitur in celebratione, & auditione Missæ; unde fit, quod si aliunde ipsis non indulgeatur, ut possit modò supradicto participare, talis participatio ei omnino denegetur; constat autem ex dictis talem participationem, non indulgeri, nisi quoad excommunicatos toleratos, non item, quoad vitandos; adeoque illi solùm, non hi poterunt Missam, & audire, & celebrare. Quamquam neque illi possint se ipsis ad haec se ingerere, cum Ecclesia per eam indulgentiam non intendat fauere ipsis, sed fidelibus non excommunicatis, ut sèpius dictum est; est communis DD. apud Bonacinam *supr. p. 3. §. 1. n. 1.* patetque tum ex dictis; tum ex cap. vlt. de sent. excommunic. in 6. si solùm aduertero excommunicatum multis aliis modis priuari sacrificio Missæ; primò enim non potest pro ipso offerri Missa, ut constat ex q. 4. non potest 2. cooperari ad illam, dando Sacerdoti Eleemosynam ad hunc finem, aut eam mandando; ea non potest celebrari coram excommunicato vitando, cum id importet communionem in diuinis prohibitam cap. is qui de sent. excommunic. in 6. denique non licet assistere Missæ, cui coassilit excommunicatus vitandus; cum assistentes vni, ac eidem Missæ communient inuicem, sicut & cum Sacerdote; quod est prohibitum.

Dices, quid ergo agendum, si excommunicatus vitandus velit interesse officio Missæ, non obstante, quod sit monitus exire, &c.

Respond. primò, non esse inchoandam Missam, nisi monitus exeat: 2. si nolit exire, vi potest expelli, esto sit Clericus, aut Religiosus (idque absque periculo, quod incurrit excommunicatio ob eius expulsionem): 3. si Missa est inchoata, non debet absolvi, sed prætermitti, si nondum cœptus sit Canon: 4. si cœptus sit Canon, sed non Consecratio ab iis verbis, qui pridie quam patetur, debet et omitti Missa, teste Sayro l. 2. de cens. cap. 11. num. 4. 5. si Consecratio cœpta sit modo dicto, perfici debet Missa usque ad sumptionem inclusiue, & consumptionem: 6. omittit

26.

27.

## 34 De Excommunicato genere quoad Regul.

6. omitti debent postcommunio , & aliæ preces, complendæ posteà in Sacristia : 7. quicumque assistebant Missæ , debent egredi ab Ecclesia , exceptra vno Celebrante , ac Ministro, ita ut ex assistentibus remaneat solus excommunicatus (quamquam, si hic assisteret vni Missæ , possent alij in eadem Ecclesia assistere alij Missæ, quæ eodem tempore diceretur in alio Altari, cum sic non adsit vera communicatio inter illos, & excommunicatum, vt patet: ) ita Filliuc. tract. 12. num. 90. aliquique communiter addentes : secus dicendum de excommunicato tolerato, qui sine dubio assistere potest, cum aliis etiam eidem Missæ: dummodo ipse ad id non se ingerat , & ab aliis peccatur, vt iam non semel dictum est ; quin etiam talis excommunicatus potest inseruire Missæ , si ab aliis requiratur : & hoc etsi adsit alius, qui æquè bene inseruire possit : idque ob rationem modò allegatam, & ob dicta q. 6. §. illud præterea.

QVÆRES IX. An , & quo pacto Regulares excommunicationis prohibeatur recitare diuinum Officium horarum Canoniarum.

28. Respond. quod, cum DD. apud Filliuc. sup. num. 92. communiter asserant excommunicatum, si sit Clericus , Beneficiarius , aut Religiosus professus teneri recitare priuatim horas canonicas ( quod etiam nos probamus in tract. de obligat. cap. 7. sect. 2. q. 7. quoad Religiosos professos:) sequitur Religiosum excommunicatum prohiberi solùm recitare diuinum Officium publicè , & solemniter in Choro ; absolutè quidem, si sit vitandus ; si vero sit toleratus , non se ingerendo tali recitationi ; quod dico ad ostendendum excommunicatū toleratum ex beneficio Concilij Constantiensis , si ab illis peccatur , posse licet horas recitare in publico Choro ; cum id non cadat in fauorem personæ excommunicatae , cui Concilium nullatenus vult fauere , sed aliorum , vt patet; ita Layman. supr. num. 6. ex communi DD. sententia notans excommunicatum recitantem horas canonicas non posse dicere Dominus vobiscum ; cum hæc verba significant excommunicationem publicæ personæ, id est , Sacerdotis , aut Diaconi , cum populo, quæ est interdicta excommunicato , adeoque loco illorum verborum teneri dicere Domine exaudi orationem meam ; quamquam , si excommunicatus in priuata recitatione dicat Dominus vobiscum , non ideo censendus sit peccare mortaliter ; si quidem Diana supr. resol. 93. cum Corneio, Mercero , & Laym. docet eum peccare venialiter ; quibus adde Auilam , & Hurtadum sustinentes eum ne venialiter quidem peccare : quod est contra communem aliorum DD. sententiam ; vt aduertit Diana ibi, reprobans Nauarum , & Maiorem docentes excommunicatum dicentem etiam in priuata recitatione Dominus vobiscum , incurrire irregularitatem ; quod nullo modo admittendum est. Imò si excommunicatus toleratus ab aliis petitus recitet publicè in Choro; puto quod neque venialiter peccat , etiamsi dicat Dominus vobiscum ; sic quippe potest communicare cum aliis, & consequenter cessat ratio præsentis prohibitionis.

An vero excommunicatus vitandus peccet mortaliter , si recitet diuinum Officium priuatim simul , cum aliis.

29. Respond. non peccare mortaliter , cum talis communicatio non sit illa communicatio in diuinis , quæ per se primò prohibetur per excommunicationem maiorem , sed alia longè inferior , qualis est alia, quæcumque communicatio in humanis, quæ generatim interdictur excommunicatis ; vt proinde, secluso contemptu , & scandalo hac in re nou videatur subesse materia gravis sufficiens ad pecca-

tum mortale quamvis enim actio recitandi diuinum Officium sit grauis , in ea tamen iuuati ab alio , vel alium iuuare priuatim in ratione communicationis leue esse videretur, adeoque insufficiens ad peccandum mort. dico mortaliter , in tali enim casu concedunt DD peccari venialiter , cum in tali recitatione interueniat ad minus communicatio in humanis , quæ iuxta infrà dicenda prohibetur saltem sub culpa veniali. Ita Suar. D. 12. sect. 2. num. 18. Filliuc. num. 93. aliquique penes ipsos : quorum doctrinam censeo non habere locum in excommunicato tolerato ; quem, si petatur , & non se ingerat , constat ex dictis posse. Officium absque ullo peccato recitare cum alio, non solùm priuatim, sed etiam publicè , & solemniter in Choro.

QVÆRES X. An , & quomodo Regulares excommunicati possint concionari , vel legere Theologiam , aut Scripturam sacram.

30. Respond. quod, cum sacra concio, & lectio Theologiae , vel diuinæ Scripturæ non comprehendantur sub nomine diuini Officij ; vt tradunt DD. communiter ex cap. responsō de sent. excommunic. ubi excommunicatis permittitur concionati , dummodo ab eis nullum diuinum Officium celebretur ( quod est contra distingue diuinum Officium à concione ; ) sequitur Regulares excommunicatos possè concionari , & legere Theologiam, seu Sacram Scripturam absque eo , quod violent intra prohibentia excommunicatis excommunicationem in diuinis Officiis: siue sint tolerati , siue etiam vitandi ; quamquam ex alio capite peccare possint , quatenus habentes concionem , aut lectionem Theologiae , vel Sacrae Scripturæ communicant cum astantibus in sermone : quod est prohibitum excommunicatis ( non tamen sub peccato m. sed tantum sub veniali, vt iam dictum est) vitandis quidem simpliciter , & absolutè ; toleratis vero , si ad hæc spontaneè se ingerant : secus, si id faciant in aliorum fauorem, exigentibus his ius suum , vel id postulet aliorum necessitas. Ita Filliuc. supr. num. 86. aliquique communiter , qui benè monent excommunicatum concionantem non fieri irregularem , eo quod actus concionandi non sit actus ordinis. ( Quantumvis fiat solemniter , & quasi ex Officio ) vt falsò existimat Nauar. cap. 27. num. 163. sed tantum iurisdictionis, iuréque solùm burgano olim statutum fuerit , vt soli Sacerdotes concionentur ia cap. adiçimus 16. q. 1. vnde in præsentia & Diaconis generaliter , & aliis ex priuilegio tantum Clericis , aut etiam Laicis conceditur , vt docet experientia.

31. Vnum hæc moneo quod , licet excommunicatus vitandus sine peccato , etiam veniali possit interesse concioni ratione vtilitatis spiritualis , quæ inde ipsi prouenit , non ideo tamen potest interesse lectioni Theologiae , aut Sacra Scripturae , &c. si intersit ; peccat venialiter , cum sic cesset ratio excusans à peccato hoc ipso , quod talis lectio non ordinatur ad per mouendum affectum ( vt concio ) sed intellectum : quamquam non idcirco lector teneatur omittere eiusmodi lectionem , sicut nec alij audientes non excommunicati tenentur recedere , cum ex sola coafstentia excommunicati vitandi , cum non excommunicatis non consurgat ea communicatio humana , quæ iure prohibetur excommunicatis.

QVÆRES XI. An Regulares excommunicati possint interesse publicis Processionibus tam propriis , quam communibus.

32. Respond. non posse , nisi eo modo , quo diximus in tract. de obligat. cap. 11. quest. 13.

QVÆRES XII. An , & quo modo Regulares excommu

excommunicati possint uti Sacramentalibus, (v. g. aqua benedicta.)

33. Respond. posse, si ea adhibeant, non tanquam media ad lucrandas satisfactiones, aut indulgentias (his enim iam diximus priuari excommunicatos) sed tanquam circumstantias adpios, ac religiosos actus priuatim exercendos, quorum usus utique non interdicitur excommunicatis; vt constat usu ipso, ac consuetudine recitandi Psalmos Poenitentiales, adorandi sacras imagines, aliisque id genus obeundi, quae passim fieri solent ab excommunicatis. Ita Filliuc. n. 101. & alij communiter afferentes apud Suar. supr. sect. 3. num. 5. vi excommunicationis non prohiberi excommunicatos, quin ingredi possint Ecclesiam, dummodo tunc in ea non celebrantur diuina Officia; siquidem neque in vniuersali prohibitione communicandi, cum aliis, neque in vlla speciali continetur talis prohibitio: & cap. Episcopus 2. de Confess. d. 1. quod alioqui videtur obstare, præcipit Ostiariis solum, vt ciuant ab Ecclesia excommunicatos eo tempore, quo diuina celebrantur: quod est dicere eos posse aliis temporibus relinqui in Ecclesia, nec inde esse excludendos: cum exceptio firmet regulam in contrarium.

Quæres XIII. An Regulares vi excommunicationis primitur Ecclesiastica sepultura, & quando.

34. Respond. priuari, si sunt excommunicati vitandi: secus, si sint tolerati. Ita Vgol. de Censur. tab. 2. cap. 9. §. 5. & 6. Sayr. l. 2. de Censur. cap. 4. num. 13. Viæt. in summ. de Euchar. quest. 90. aliisque penes Bonac. supr. §. 3. num. 1. & probatur, quia ex una parte excommunicatus priuatur omni communicatione in spiritualibus, talis autem communicatio interuenit in Ecclesiastica sepultura, vt patet; ex alia parte post Concilium Constant. illi soli excommunicati arcuntur à communione fidelium, qui sunt vitandi, ac proinde cum tolerati non excludantur à consortio fidelium, hoc ipso, quod hi possunt cum illis communicare in vita etiam, quoad diuina, poterunt, & iisdem communicare post mortem eos tradendo sepultura Ecclesiastica.

Quod si quæras, quid intelligatur per locum sacrum, in quo excommunicatus vitandus prohibetur sepeliri.

35. Respond. intelligi non solum Ecclesiam, & cæmeterium ritè consecrata, aut benedicta (idque et si cæmeterium sit sciunctum ab Ecclesia) sed etiam quemlibet alium locum auctoritate Episcopi, aut ex consuetudine destinatum ad peragenda diuina Officia, aut sepelienda corpora defunctorum: idque esto talis locus non sit benedictus. Ita Suarez supr. sect. 4. num. 6. Bonac. in 3. aliisque communiter; qui item recte adiuvant excommunicatos vitandos esse priuatos eo honore funebri, qui est proprius fidelium, ut potest, qui ordinatur ad Ecclesiastica sepulturam, & consequenter cessat hoc ipso, quod cessat ius obtinendi dictam sepulturam; præterquam quod honor funebris importat quamdam communionem cum fidelibus, adeoque etiam ex hoc capite interdicitur excommunicatis iuxta cap. placuit 23. quest. 5.

36. Poena autem, quam incurunt ij, qui in loco Sacro sepeliunt excommunicatum vitandum, est excommunicationis, à qua non possunt absoluiri, antequam parti ex arbitrio Episcopi satisficerint Clem. 1. de sepult. imò etiam excommunicationis minor ex cap. Sacris de sepult. ubi dicitur non communicamus defunctis, quod tamen negat Bonac. num. 9. cum Suar. dicens minorem excommunicationem mutatam esse

in maiorem; præterea locus tali sepultura polluitur, & debet reconciliari, cadavere inde extracto, & in locum prophanum proiecto; nisi forte illius ossa ita fuerint permixta reliquias fidelium, vt discerni nequeant: quo casu debent ibi relinquiri cap. Sacris modò eis. Ita Coninch. supr. num. 60. Filliuc. n. 110. Bonac. num. 8. aliisque communiter bene addentes ad contrahendam supradictam excommunicationem maiorem (quæ item incurrit à sepelientibus in loco sacro interdictos, & manifestos usurarios) temerariam audaciam requiri: & quod propriis manibus sepeliant excommunicatum, inquit Bonac. ubi supr. ex Henrig. Auila, & aliis, Caiet. ver. excommunic. cap. 46. Nauar. cap. 27. n. 137. & multi alij viri doctissimi, ob quorum auctoritatem dicit Coninch. num. 67. istam sententiam videri non esse improbabilem; præsertim attenta doctrina illa generali, quod verba pœnam importantia debent accipi in sensu rigoroso, & quod verba istius legis vere possunt in rigore ita accipi. Quomodo talem excommunicationem non incurrent comitantes cadaver, cantantes, Crucem portantes, foueam extruentes, mandantes, consulentes, & alij similes; quod tamen negant Suar. supr. num. 10. Filliuc. num. 111. Coninch. num. 68. & alij sustinentes eum hic dici sepelire, qui mandat sepulturam, aut eam procurat; non irem comitantes cadaver, & alios supra nominatos, sicut neque cooperantes remotè, aut negantur, eo quod scilicet non impediunt, cum possint; nisi forte fautor tantus esset, vt iure, dicerentur auctores: quod notat Filliuc. monens num. 112. Clericos exhibentes excommunicato funebrem honorem non incurere irregularitatem; cum talis irregularitas non extet in iure, & irregularitates non contrahantur, nisi in casibus expressis.

Porro, quamvis Caietan. supr. & alij putent hac prohibitione comprehendendi omnes excommunicatos sive vitandos, sive toleratos; probabile tamen censet Layman supr. num. 9. §. dico 2. cum Nauar. & Henrig. non comprehendi toleratos; probatque, tum quia eadem est ratio sepultura, quæ diuinorum Officiorum, ac suffragiorum; quandoquidem ob hanc causam fideles in loco Sacro sepeliuntur, vt participes sint suffragiorum (sicut notat Suar. supr. num. 2.) probabile autem est licitum esse publicas orationes, & sacrificia offerre pro excommunicatis non vitandis, vt diximus supr. q. 4. tum quia causa, cur negatur excommunicatis Ecclesiastica sepultura, est ea, quæ assertur cap. Sacris de sepult. Ut quibus viuis non communicamus, neque mortuis communicemus; ergo à sensu contrario, quibus viuis potuitus communicare, & communicare poterimus mortuis per Ecclesiastica sepulturam. à Layman. non dissentit in totum Coninch. num. 62. qui viam secutus medium cum Auila part. 2. de Censur. cap. 6. D. 9. d. 6. docet non licere quidem sepelire in loco Sacro excommunicatos toleratos, quia hoc directè cederet in fauorem corum; non ideo tamen sepelientes incurere præfata excommunicationem, eo quod iam licitum sit cum ipsis communicare; nisi forte sepeliantur heretici, quos absolutè sine respectu ad excommunicationem cap. quicunque de heret. in 6. prohibemur sepelire in loco Sacro; dico sine respectu ad excommunicationem, vt indicem, quod, cum hoc cap. satis aperte loquatut de hereticis per sententiā damnatis, consequenter qui sepelit modo directè hereticum non denunciatum, non incurrit excommunicationem hinc latam, esto alias peccet: cum fideles prohibeantur, quidem hereticos præcisè, vt tales, etiam abstractando à quacumque censura, non

## 36 De Excommunicato genere quoad Regul.

item eos sepelire in loco Sacro, nisi sint denuntiati, & consequenter vitandi.

38.

Accedit quod, quantumvis excommunicatus vitandus moriens det signa contritionis, si non obtineat absolutionem, adhuc non debet sepeliri in loco Sacro; cum re vera adhuc sit excommunicatus, adeoque subiaceant effectibus excommunicationis; inter quos est priuatio Ecclesiasticae sepulturae; unde curandum est, ut absoluantur, sive gaudeat Ecclesiastica sepultura: quod si ante mortem fuit absolutus, saltem in foro conscientiae, tunc utique potest sepeliti in loco Sacro, minimè posita attestatione absoluens, quod illum verè absolvit, &c. ita Suar. supr. sect. 4. num. 3.

39.

Quod si quæras, an absolutio collata excommunicato vitando morienti à persona laica sufficiat ad hoc, ut ille possit sepeliri in loco sacro.

Respond. quod, licet Suar. Layman. Sot. Coninch. Villal. Couar. Garc. aliique communiter apud Diana part. 3. tract. 4. resol. 133. doceant non sufficere ex eo, quod laicus non sit capax iurisdictionis Ecclesiasticae petitæ ad absoluendum ab excommunicatione; nihilominus ipse Diana cum Auila, Valero, Sanchez, Ledesma. Rague. putat esse probabilem etiam oppositam sententiam; probatque part. 5. tract. 9. resol. 7. ex eo, quod vir baptizatus est capax iurisdictionis Ecclesiasticae necessitate ad absoluendum ab excommunicatione (intellige, etiam si sit Laicus, de potestate tamen absoluta Papæ, ut notat Bonac. de censur. in comm. D. 1. quæst. 1. part. 2. num. 4.): ergo piè credendum est, quod, sicut in articulo mortis quilibet Sacerdos potest absoluere à quibuscumque etiam reseruatis, ita & quilibet Laicus pro eo articulo recipiat ab Ecclesia facultatem absoluendi à quacumque excommunicatione: idque ad effectum, ut publicè oretur pro sic absoluto, eique tradatur Ecclesiastica sepultura; quod non posset fieri, subdit Diana, à quo quis post mortem, si censura esset reseruata; si quidem quando aliquis non absoluitur in vita à censura reseruata, post mortem is non potest absoluī à quolibet Sacerdote, sed solū ab eo, cui reseruatur, aut ab eius delegato.

40.

QVÆRES XIV. An, & quo modo Regulares vi excommunicationis priuentur vñ iurisdictionis Ecclesiasticae.

Respond. priuari, si quidem sint excommunicati vitandi, vñ iurisdictionis, & lictio, & valido; si vero sint tolerati, vñ tantum lictio, quoad se, & in fauorem proprium; non item in fauorem aliorum; unde fit, ut si ab his requirantur, lictè possit vñ sua iurisdictione. Et certè quod vitandi priuentur vñ iurisdictionis tam lictio, quam valido, constat ex eo, quod iurisdictio non exercetur sine hominum communione, quæ excommunicatis est interdicta; & in cap. ad probandum de sent. & re indic. dicitur sententia à Iudice Excommunicato vitando esse cassanda, id est declaranda irrita, & cassa; & tamen, si ea fuisset valida, non esset cur irritaretur ob solam culpam iudicantis in re non essentiali deficientis, quod vero tolerati priuentur vñ iurisdictionis solū lictio modo sup. dicto, patet, quia, cùm alij possint agere cum excommunicato, & petere ea, quæ spectant ad eius officium, debent & lictè possunt potere: quod enim non potest fieri sine peccato, absolute, & moraliter dicitur non posse fieri; si autem ipsi lictè petunt, utique concedi debet, quod & Superioris lictè possint ad eorum fauorem suam exercere iurisdictionem: alioqui posset iis subditis negari exercitium iurisdictionis à Superioribus præ-

fatis, siveque ij frustrarentur suo fauore. ita Fillinc. supr. a n. 142. ex Suar. Bonac. D. 2. q. 2. p. 5. Coninch. supr. a num. 87. aliisque communiter. Dixi excommunicatos toleratos priuari vñ iurisdictionis solū lictio; ut innuerem horum acta, etiam in casu, quo illicitè fiant esse valida ex interpretatione, ac concessione Ecclesiæ; quæ ut non minori prouidentia consulat utilitas fidelium, quam consulat Respub. civilis utilitati suorum iuxta l. Barbarius ff. de offic. Pret. supplet defectum iurisdictionis: idque etiam, quoad actus, qui sunt in aliorum grauamen; quippe qui ferè semper, si vni sunt in grauamen; alteri cedunt in fauorem, & conferunt ad bonum publicum, quod in tali iure principaliter intenditur; ut notauit Suar. supr. D. 14. sect. 1. num. 10. Quin etiam sup. dictus defectus iurisdictionis ex prefata l. Barbarius suppletur in casu, quo actus iurisdictionis exerceatur ab excommunicato vitando in loco, vbi eius excommunicatio sit occulta: quod concedunt DD. communiter.

Aduertit tamen Coninch. num. 89. ex communione DD. sensu, quod sicut excommunicati tolerati peccant, spontaneè exercendo actus iurisdictionis iuxta sup. dicta: ita eorum actus in utroque foro sunt validi solū pro tempore, quo contra ipsos non excipitur, & quandiu ipsi non repelluntur; Ecclesia quippe non cogit ad communicandum cum excommunicatis toleratis, sed tantum permitit, & sic citatus coram Iudice taliter excommunicato possit contra illum excipere; ita tamen, ut speciem, & auctorem excommunicationis exprimat, & intra 8. dies eam euenter proberet; sicut habetur cap. 1. de except. in 6.

Quamquam non sine ratione hic dubitari possit, ut Regulares subditi possint repellere proprium Superiorum monasterij, qui sit excommunicatus toleratus; & ratio dubitandi est, quod Concilium Constant. non ipsis excommunicatis, sed solū aliis fidelibus fauorem, & gratiam conferre voluit; quod autem ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum reg. 61. in 6. Nemo beneficio inuitus ut cogitur reg. 70. ut proinde Laym. supr. cap. 4. num. 4. in terminis dicat lictum esse Regularibus, etiam in praesentia recusare imperium, seu iurisdictionem Abbatis excommunicati.

Vetum, cùm ipsem Laym. dicat hanc doctrinam variis modis limitandam esse, & alijs, quod Superior regularis non possit repellere in casu proposito cedat, non tam in fauorem Superioris excommunicati, quam Religionis, quatenus sic melius seruatur in ea debita subordinatio maximè conducens ad regulares disciplinæ conseruationem: non videtur improbabile præfamat doctrinam admittere hanc etiam limitationem; nimis, quod ea non habeat locum inter Regulares, saltem quando Superior est excommunicatus, non ut Superior, sed tanquam vir priuatus, & hoc ex probabili interpretatione iuris, quod, sicut in similibus casibus summe fauet Religioni, eximendo Praelatos regulares ab obligatione seruandi apices iuris in causis suorum subditorum, ita & credibile est eos non comprehendendi in iure concedente subditis, ut excipere possint contra proprium Superiorum excommunicatum toleratum. Certè Diana part. 5. tractat. 9. resolut. 127. ex Megala asserit nullo modo posse Regulares (immo nec subditos alios, quicumque illi sint) ab obedientia sui Superioris se eximere, quamvis notorium sit excommunicationis censuram illum incurrisse, nisi prius per sententiam Iudicis declaretur Superiorum illum in illud crimen incidisse; & hoc ex eo probatur, quod, sicut, quando aliquis ex legum dispositione est ipso facto, bonis, & iuribus suis ob excommunicati-

41.

42.

municationem priuatus, & fisco bona, & iura illius sunt applicata; executio de facto fieri non debet, nisi prius super crimine fuerit declaratum, ut probatur ex cap. cum secundum leg. de heret. in 6. ita quando Superior est suo officio ob excommunicationem priuatus, non debent subditio de facto, suo iure illum priuare, nisi prius super crimine declaratum fuerit, id est, nisi prius declaratum fuerit à Iudice auctoritatem habente illum Superiorum incurrisse excommunicationem, quæ ratio utique facit in probationem huius responsionis, quam admiserunt alij docti viri consulti.

43.

Hinc sequitur primò Prælatum regularem, qui est excommunicatus vitandus, neque licet, neque validè posse exercere actus iurisdictionis Ecclesiasticae suo muneri competentes; cuiusmodi sunt præcipere in virtute Sanctæ Obedientiæ: ferre leges, & statuta; dare facultatem absoluendi à reseruatis; concedere Indulgentias, vel dimissorias; dispensare in votis, aut ea commutare; dare licentiam ministrandi Eucharistiam, aut extremam Unctionem propriis subditis (quod tamen alij negant, sed minus probabiliter iudicio Coninch. *sup. n. 100.*) excommunicare, aut ferre alias censuras: impetrari facultatem concionandi; & similia, quæ necessariò important exercitium iurisdictionis; non item admittere ad processionem religiosam, aut alteri eam admittendam committere; irritare vota Religiosorum subditorum: percipere, quantum patitur domestica, & civilis potestas, quæ competit cuicunque patrisfamilias, inferre poenas non Ecclesiasticas: inire contractus ciuiles nomine monasterij, & dare alteri potestatem eos celebrandi; admittere Novitios ad Ordinem: dare licentiam donandi, aut recipiendi, concedere facultatem execundi è monasterio, aliisque id genus: quæ cum sint actus non iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis, ut ingeniosè aduertit Sanchez *l. 5. in Decal. cap. 4. num. 78.* & talis superioritas non cesseret in excommunicato, quamvis vitando, ij possunt exerceri à taliter excommunicato, ut potè qui per excommunicationem solum priuatur vnu iurisdictionis, quoad actum secundum; qua de re Filliuc. *num. 146.* Coninch. *num. 98. 99. 100.* Laym. *supr. cap. 2. num. 13.*

41.

Dubium est an Prælatus regularis possit subditos approbare ad confessiones, si sit excommunicatus vitandus.

Respond. Cespedes *tract. de exempt. d. 140.* posse, cum sustineat Episcopum excommunicatum vitandum posse licet, & validè approbare Regulares ad audiendas confessiones, eo ductus fundamento, quod talis approbatio non est actus iurisdictionis (cum per eam Regulatibus non conferatur iurisdictionis ab Episcopo, ut potè eam habentibus à Papa) sicque potest exerceri ab excommunicato vitando; eadem autem ratio videtur militare in casu præsenti; cum Regulares habeant iurisdictionem à Papa, etiam in ordine ad excipiendas Regularium confessiones; vnde non appareat, cur Episcopus vitandus possit approbare Regulares ad confessiones secularium, & non possit Prælatus regularis eos approbare ad audiendas confessiones eiusdem Ordinis; cum Regulares in utroque casu habeant iurisdictionem à Papa; præterquam quod in præsenti casu Prælatus apptobans communicat cum subditis in re necessaria, ideoque, et si sit vitandus, potest communicare iuxta dicta hic *num. 58.* cum Cespede à fortiori sentiunt Bossius, Rodriq. Henriquez Facundez, Pontius Palud. & Syluester relati ad ipso Cespede generaliter docentes approbare ad con-

*Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.*

fessiones non esse actum iurisdictionis: sicut nec est approbatio ad prædicandum, aut assistendum matrimonio: à quibus mordicus dissentit Bordonus *resolut. 36. num. 24.* cum Fabro, Bonac. Barbosa, & Henriquez, & quidem ex eo fundamento, quod approbatio est actus iurisdictionis, quæ exerceri nequit ab excommunicato vitando. Nec mihi displiceret opinio hæc Cespedes, sicut nec displicuit P. Zanetto viro doctissimo, mihiique amicissimo: qui benè aduertit in isto casu iurisdictionem conferri Religioso approbato, siue à iure, siue à Papa, facta deputatione à Superiori ad audiendas confessiones: Confessariis vero Societatis nostræ à P. Generali per communicationes subscriptas singulis paragraphis Compendij nostrorum priuilegiorum; ut constat ex præfatione dicti Compendij.

Sequitur secundò Prælatum regularem, qui est excommunicatus toleratus, posse non solum validè, sed etiam licet exercere actus iurisdictionis supradictos proprio muneri competentes, si vel requiratur à subditis in fauorem ipsorum, vel etiam exigat munus ipsius, & bonum spirituale subditorum, aut certè Religionis: & hoc ob rationes aductas *supr. §. verum, &c.* Ita Filliuc. *supr. num. 146.* Laym. *locosupr. cit. & alij.*

Difficultas modò est, an manente suspensa iurisdictione Prælati regularis ob excommunicatum, ea itidem maneat suspensa in Religiosis, quibus ab eo fuerat delegata.

44.

Respond. manere, si iurisdictione delegata sit in ordine ad forum contentiosum: secùs, si in ordine ad forum penitentia. Ita Suarez *supr. D. 2. sel. 3. num. 15.* & probatur, quia iurisdictione in priori casu est quodammodo dependens in conseruari à delegante, quamdiu per illam non cecpit operari, ideoque necesse est, ut iurisdictione principalis daret in ipso delegante; itavt, si hæc ceclet in illo, siue per mortem, siue per excommunicationem, siue aliter, ea itidem cesseret in delegato iuxta cap. licet, & cap. gratum, & cap. relatum de offic. deleg. in posteriori autem casu iurisdictione delegata non pendet in conseruari à delegante; vt hinc patet, quod neque per mortem concedentis spirat, ut fuisse probat Sanchez *l. 8. de matrim. D. 28. num. 72.* & ostendit communis praxis Confessariorum, qui, mortuo Episcopo approbante, adhuc audiunt confessiones in vim approbationis obtentæ donec licentia reuocetur ab Episcopo successore, aut à Capitulo.

45.

Addo quod, cum Vicarius, & Prior; Minister, & Rector: aliquique Superiorum subordinati faciant unum, ac idem tribunal (eo modo, quo illud faciunt Episcopus, & Vicarius; ) si contingat Priorem, aut Rectorem fieri excommunicatos vitandos, eo ipso, etiam Vicarius, & Minister manent priuati iurisdictione, non minus quam Prior ipse, & Rector: siquidem detur dictis Superioribus subordinatis competere aliquam iurisdictionem: qualis certè non competit omnibus talibus Superioribus; ut constat de Ministro in Societate Iesu, qui nullam omnino habet iurisdictionem. Ita docti viri à me consulti; patetque ex iis, quæ DD. dicunt de Episcopo, & Vicario generali in simili quæstione.

46.

QVÆRES XV. An Regulares vi excommunicationis priuentur voce actua, & passiva, & maximè ad eligendum.

Respond. priuati, si sint vitandi; non item, si sint tolerati: tunc enim priuantur quidem voce

D passiva,

47.

## 38 De Excommunicato in genere quoad Regul.

passiuæ, quatenus hæc cedit in commodum personæ excommunicatae, cui neque Concilium Constantiæ intendit vlo modo fauere; non autem voce actiua, cùm hæc sit in commodum aliorum, quibus dictum Concilium intendit suffragari, vt patet ex dictis. Ita Filliuc. num. 217. aliisque, & constat sufficienter, si solum probetur excommunicatos vitandos priuari voce actiua, & passiuæ; adeo que (vt in simili notat Portel. de dub. Regul. ver. vox actiua, & passiuæ, num. 1. ex Nauar. l. 1. consil. de elect. consil. 6.) non posse in Capitulo collegialiter collecto dare vocem ad vllum actum ibi tractatum (v.g. suffragiorum pro admissione Nouitij) imò nec ad aliquid minoris negotij, neque posse in Capitulo passiuæ eligi, aut nominari: probabitur autem infra, dum ostenderimus Regulares excommunicatos vitandos esse incapaces prælatiarum regularium, & consequenter non posse ad illas valide eligi, cum implicit electionem fieri validè, & eam esse inualidam.

48. Ratio autem, cur excommunicati vitandi priuentur voce actiua, ac proinde non possint validè eligere, desumitur, tum ex cap. cum inter 1. de elect. & cap. cum dilectus de consuetud. & cap. constitutis 1. de appellat. tum quia excommunicatus est omnino suspensus ab Officio, ac beneficio; ideoque nihil eorum, quæ ratione Officij, aut beneficij ipsi conueniunt, agere potest: quorum tamen vnum est electio; tum quia electio computatur inter actus iurisdictionis, quatenus est actus cuiusdam publice potestatis, & ad commune bonum; ac regimen suo modo ordinatur; ergo, sicut alij actus iurisdictionis iuxta dicta sunt inualidi, ita & erit electio facta ab excommunicato vitando. Ita Suar. de Censur. D. 14. scilicet 2. num. 6. ex Gloss. Innoc. Abb. Couar. Sylvest. & aliis, quos sequitur Filliuc. num. 150. docens ex Innoc. Abb. & aliis electionem factam cum admissione voluntaria excommunicatorum ad eligendum iuxta communem Canonistarum sensum esse irritam; ique in odium excommunicationis, & facere cap. vlt. de procurat.

49. Porro, licet, quando ad electionem requiritur certus numerus electorum, existente aliquo ex iis excommunicato, electio sit nulla; vt constat ex cap. ad proband. de re iudicata, ubi est casus expressus: quando tamen requiritur omnium concordia, ex presentia vnius excommunicati non redditur electio nulla; si quidem, cùm excommunicatus non sit habilis, eius concordia omnino est impertinens; cum sufficiat omnes habiles concordare; excipe, nisi requiratur certus numerus eligentium & iste non expleatur, nisi per excommunicatum. Ita Filliuc. num. 151. qui addit quod, quando ad electionem requiritur maior pars, vel duæ partes, tunc, si, exclusis excommunicatis, adhuc superest maior pars, vel duæ habilius, electio valida est, siue fiat publice, siue secretè, dummodo constet adfuisse debita suffragia: si vero non superfit; tunc, si quidem electio sit publica, apparebit, an eligentes fauerint excommunicato electo, nec ne; & si fauerint, electio est nulla; valida vero, si non fauerint ei, qui est affectus excommunicatione, sed non excommunicatis; cùm sic adsit sufficiens numerus; si autem electio sit secreta, tota est inualida ob incertitudinem. Vbi obiter notandum in computando numero suffragiorum habendum esse respectum solum ad habiles, & exclusis excommunicatis: ita vt, si 12. conueniant, & 2. sint excommunicati, sex censeantur esse maior pars. Quod si denique requiratur ad electionem consensus omnium

eligentium, & unus, aut plures eorum dissentiant; tunc, si electio est publica, vtique cognoscetur, an ij, aut illi, qui dissentient, sint idem, ac qui est excommunicatus, necne; si sunt, electio non viatatur, cum sic omnes habiles consentiant, si non sunt, viatatur, cum sic non verificetur, quod omnes habiles consentiant; si vero electio sit secreta, tunc electio est nulla propter incertitudinem, an is, qui dissentit, fuerit ex veris electoribus, necne, & quod moraliter presumitur esse ex illis, eo quod plures sint. Ita Suar. num. 10. & cum eo Filliuc. loco supr. cit.

QVÆRES XVI. An, & quomodo Regulares vi excommunicationis prohibeantur eligi ad dignitates Ecclesiasticas intra Ordinem, aut extra.

Respond. prohiberi, & si eligantur, electionem esse ipso iure nullam: siue illa excommunicationis sit à iure, siue ab homine; siue per sententiam generalem, siue per specialem; siue sit publica, siue occulta; siue sit nota excommunicato, ac electoribus, siue utrisque ignota; siue excommunicatus sit denunciatus, siue non: siquidem cap. constitutus de appellat. cap. nos in hominem 9. q. 1. cap. postulantis de clericis excommunicis. & cap. 1. de rescript. in 6. in quibus fertur præsens prohibitio, loquuntur vniuersaliter, & vniuersaliter inhabilitat excommunicatum ad dignitates Ecclesiasticas; & quidem non solum habentes curam animarum (qualis est Generalatus, Provincialatus, Prioratus) sed etiam non habentes curam animarum (qualis est Definitorius, Discretatus, & similes:) siquidem ex cap. postulatis citato paulo ante excommunicatus est extra omnem Ecclesiasticam communionem, assumptionem autem ad quamlibet Ecclesiasticam dignitatem magna est communicatio Ecclesiastica, vt notauit Panormitan. in dict. cap. postulatis, num. 1. & alij cum illo, ac proinde est prohibita excommunicato, ita Suarez supr. Disp. 13. scilicet 1. num. 10. aliisque apud Peyrin. de R. P. quest. 2. cap. 5. num. 2. patetque, tum ex iuribus modo allegatis, tum quia beneficium datur propter officium cap. cum secundum de preben. ac proinde cum excommunicatus ipso iure sit suspensus ab officij executione, cap. 15. cui de secur. excommunic. in 6. non potest ei conferri beneficium.

Quod autem dicunt Nau. Ricc. & Sà apud Peyr. n. 4. & quod Less. l. 2. cap. 34. n. 116. censet esse probabile, electionem factam in persona excommunicati ignorantis probabiliter suam excommunicationem, esse validam, adeoque post absolutionem retineri posse dignitatem eo modo obtentam; non videtur admittendum; cùm ignorancia inuincibilis excusat quidem à culpa, & interdum etiam à poena, non tamen validet actum alias ab Ecclesia irritatum, nec inhabilem reddat habilem; vt benè aduerit Suar. num. 3. & Couar. Rebuff. & Abb. concedens tamen cum, qui in excommunicatione modo dicto beneficium obtinuit, si ratione beneficij aliquod officium, aut ministerium bona fide exercuit, posse ex fructibus beneficij iuste recipere congruam sustentationem pro ratione sui operis, & si forte etiam præter congruum stipendium plures fructus recepit, eoque bona fide consumpsit, non teneri aliquid restituere, nisi inde factus sit ditor: quæ sunt validè notanda.

Accedit, quod Regularis electus ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam seculariem, aut regularem, quo tempore non erat excommunicatus, potest eam & validè, & licite acceptare, postquam incurrit excommunicationem; validè quidam, eos quod

quod talis acceptatio nullo iure sit verita (cum tamen iura loquentia de collatione, & electione, tanquam penalia extendi non debeant ad acceptationem) licet verò, eo quod non adsit ratio, cur dicatur hac in re peccare, cum non acceptet pro eo statu, in quo est excommunicatus, sed pro eo, quo erit absolutus, & (ut suppono) non intendat exercere officium donec absoluatur. ita Azor. p. 2. lib. 6. cap. 7. q. 9. Filliuc. supr. n. 121. Garc. de benefic. p. 7. cap. 13. & num. 35. aliisque penes Peyr. n. 8. qui bene monet excommunicatum, qui modo supradicto acceptat dignitatem, non posse acquirere possessionem dignitatis sibi collatae, nisi prius absoluatur: stante quod possesso fieri nequit sine excommunicatione, quae ei est prohibita, cap. cum excommunicato 11. q. 3. (intellige, nisi necessiter ne perdat, & alioqui per ipsum non stet, quin absoluatur:) quamquam, ut notat Azor. q. 10. talis acquisitionis possit valida, utpote, que consistit in facto, non autem in iure.

Vtrum verò Regularis, qui est excommunicatus toleratus, validè, & licet eligi possit ad prælatias regulares, aliasque dignitates.

Respond. quod, licet DD. communiter dicant non posse, & nos ipsi id dixerimus in responsione principali præsentis questionis ex eo, quod Extraug. Ad evitanda (qua sola potest præbere rationem dubitandi, quoad istam difficultatem) nullum fauorem intendat impetrari excommunicatis; cum tamen eligi ad dignitates redundet solum in fauorem personæ excommunicatae; nihilominus, si detur id ipsum cedere in fauorem Religionis (eo quod, v.g. maximè expedit ad bonum illius, quod hic, aut ille Religiosus excommunicatus toleratus eligatur ad aliquam dignitatem) non videtur improbabile, quod electio in tali casu esset & licita, & valida: cum sic non faueatur Religioso excommunicato, nisi indirecte (quo pacto DD. communiter concedunt excommunicatum toleratum participare de fauore Extraugantis Ad evitanda) & fauor principaliter cedat in bonum Religionis: vnde, sicut Peyrinus supr. n. 13. & alij dicunt excommunicatum toleratum posse eligere, eo quod eligere sit in fauorem non eligentis, sed electi, & Ecclesiæ, ad quam eligitur, siveque saluetur finis præfata Extraug. ita & nos dicere possumus excommunicatum toleratum in casu præposito posse eligi, eo quod sic eligi, sit in fauorem, non tam personæ electæ, quam eligentis, ac Religionis; videtur enim esse par ratio, quoad vtrumque, adeoque probabiliter extendi potest ad vtrumque concessio supradictæ Extraug. quæ cum in tali casu sit favorabilis Religioni, latam patitur interpretationem, esto alioqui deberet restringi, quatenus est correctiu juris communis.

Monet autem Peyr. n. 20. ex Gloss. aliisque DD. quod, licet eligens excommunicatum ad dignitates Ecclesiasticas, peccat mort. utpote violans prohibitionem Ecclesiæ in re graui; & iuxta cap. postulasti, de Cleric. excommun. tamdiu debeat priuari voce actiua, quandiu veniam consequitur à suo Superiori, iuxta verò cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. sit ipso facto priuatus pro ea vice potestate eligendi, ac per triennium suspensus ab Officiis; quod tamen spectat ad electionem Superiorum regularium, pena ista suspensionis de facto non habet locum in præsentia: & hoc ex cap. s. compromissarius, §. huiusmodi, de elect. in 6. vbi Glossa hæc habet: Illa pena suspensionis à perceptione fructuum beneficiorum per triennium non habet locum, nisi cum peccatur in electione Episcopi, vel Superioris, & non intelligitur de electione Abbatum, vel aliorum inferiorum.

Pellizzatij Manual. Regul. Tom. II.

Hic dubitant DD. vtrum in casu, quo excommunicatus occultus eligatur ad aliquam dignitatem Ecclesiasticam, teneatur se prodere, si alias nequeat se subrahere ab ea acceptanda.

Respond. Suavez de censuris, D. 13. sect. 1. num. 31. teneri, si excommunicatio sit talis, vt eius manifestatione non creetur scandalum, aut infamia; secus, si non possit manifestare absque propria infamia; tunc quippe potest acceptare dignitatem, & postea quam primùm procurare dispensationem ab eo Prælato, qui habet potestatem conferendi talem dignitatem absque electione (v.g. à Generali, si excommunicatus sit electus in Prouinciale, & alias Generalis possit per se solus conferre prouincialatum, vt in Societ. Iesu) siquidem talis dispensatio est virtualis collatio dignitatis, adeoque ea secuta, nulla alia requiritur electio. Dixi, & alias Generalis possit per se solus conferre prouincialatum; quia, si non potest, (vt euenit in aliquibus Ordinibus) tunc solus Papa potest dispensare super præfata electione. Quamquam, cum in cit. cap. postulasti, ea dispensatio non reserueretur Papæ, in casu, quo electio fiat in persona excommunicata; probabile putent Couarr. Garc. Sayr. & Regin. apud Peyr. supr. quod, vbi electus per legitimum Superiorum fuit absolutus ab excommunicatione, potest dispensare per proprium Episcopum super retentione beneficij eo modo obtenti: idque ex generali regula, quam tradunt DD. cum Innocent. in cap. dilectus, de temp. ord. omnem dispensationem, quæ non reserueratur Papæ, esse eo ipso concessam Episcopis, & consequenter Prælatis regularibus, etiam localibus respectuè, quoad Religiosos subditos (utpote, qui iuxta dicta alibi in eos habent potestatem quasi Episcopalem:) esse, inquam, concessam saltem in casu, quo electio Religiosi excommunicati nulla devoluitur ad Prælatum regularem per se ipsum tantum tunc facienda. Sic namque istam doctrinam limitat Peyr. ex Couarr. Ricciul. Garc. Sayr. ac Reginald. supr. quoad electiones Regularium: sed minus sufficienti fundamento, quod ipse afferat; vnde puto, quidquid hac in re conceditur Episcopo in ordine ad suos subditos, totum etiam concedendum esse Prælato regulari in ordine ad Religiosos sibi subditos: idque ex concessione Pij V. relata sup. cap. 1. sect. 1. p. 2. q. 5.

An verò Regularis excommunicatus excommunicatione minori validè, & licet possint eligere, ac eligi ad dignitates Ecclesiasticas, tam sacerdotes, quam regulares: colligetur ex dicendis infra. q. 41.

Quæres XVII. An, & qualiter Regularis ratione excommunicationis fiant inhabiles ad beneficia Ecclesiastica, tam sacerdotia, quam regulaaria.

Respond. fieri ex cap. postulasti, de Cleric. excommunic. ministr. vbi, cum dicatur simplicitet, & absolute excommunicatum esse inhabilem ad beneficia Ecclesiastica, & propositio absoluta, ac indefinita æquiualeat vniuersali; signum est illum esse inhabilem ad omnia omnino beneficia propriè dicta, tam sacerdotia, quam regulaaria; tam simplicia, quam duplia; tam curata, quam non curata; tam minora, quam maiora; excepto tamen Papatu, ad quem excommunicatio non reddit inhabilem ob maxime necessariam Ecclesiæ illius electionem; siue postea beneficium acquiratur: per collationem (sub qua comprehenditur electio, præsentatio, confirmatio, ac institutio;) siue per resignationem, siue per permutationem, siue per commendam, & quamlibet aliam interpretationem; siquidem per omnes hos modos peruenitur

D 2 ad

## 40 De Excommunicato genere quoad Regul.

\* & beneficium, quod est excommunicato prohibitum; cum tamen prohibito principali prohibeantur etiam via perueniendi ad illud. Ita Filliuc. r. 12. num. 117. & seqq. Suar. supr. D. 13. sect. 1. n. 2. Bonac. supr. D. 2. q. 2. part. 4. §. 1. per totum, alisque apud quos fusiū explicata, & probata hæc videri possunt: non enim vacat hic diutius in his immorari, præser-tim cum q. precedenti multa dixerimus, quæ face-re possunt etiam ad præsentis quæstionis explicatiōnem.

57. Solū moneo (quod spectat ad acquisitionem fructuum beneficialium) beneficiarium, qui post beneficij consecutionem lapsus est in excommunicationem, non priuari fructibus, redditibus, ac distributionibus beneficij, dummodo exequatur onera, & officia beneficij; idque siue beneficium sit simplex, siue curatum. Ita P. Nauar. l. 2. de restit. c. 2. num. 228. aliquique penes Bonac. supr. §. 2. num. 2. & probatur, tum quia nullo iure constat beneficiarium in præsenti casu remanere priuatum fructibus beneficij obtenti ante excommunicationem, itavt ante sententiam teneatur illis se priuare: tum quia ver-samur in materia odiosa, quæ mitius debet interpre-tari: tum quia beneficiarius excommunicatus, qui implet onera beneficij, quoad Ecclesiam facit, quid-  
quid ipsa requirit ad percipiendos fructus beneficij, esto, quoad Deum, non rectè præstet suum offi-cium ut potè peccans dicta munera exequendo con-tra Ecclesiæ prohibitionem: qua de re plura Filliuc. tract. 12. à num. 129.

Vtrum autem Regulares vi excommunicationis priuentur iure eligendi ad beneficia Ecclesiastica, quod forte ipsis competat; constat ex dictis supr. quest. 15. & ex iis, quæ fusiū tradit Filliuc. ubi supr. num. 150. & seqq.

Quæres XVIII. An, & quomodo vi excommunicationis interdicatur Regularibus omnis ciuilis, sen politica communicatio fidelium.

58. Pro responsione suppono primò, nomine communicationis ciuilis h̄c intelligi quancumque hu-manam societatem per verba, nutus, literas, nuncium, munera, contractus, & commercia, cohabitationem, communem mensam, iterationem (si quidem, quoad ista, conueniat, vt socij formaliter, & non incident, præter intentionem, in eandem viam, domum Balneum, ac hospitium,) oscula, amplexus, salutationes, & aliud, quodus amicitiae si-gnum, necnon quancumque cooperationem in eo-dem exercitio, aut negotio.

Suppono 2. nomine fidelium h̄c venire omnes baptizatos, etiam excommunicatos, etiam hereticos; ut potè qui quantum ad obligationem, ac sub-jectionem non minus, quam alij pertinent ad Ecclesiam, licet alias non sint vera, & simpliciter dicta membra Ecclesiæ, quatenus fidem, quam in baptismo professi sunt, turpiter abiecerint.

Suppono 3. prohibitionem istam non communi-candi esse reciprocā, adeoque afficere non solū excommunicatum, ne in aliorum fidelium societa-tem se ingerat, sed etiam ipsis fideles non excommuni-catos, ne admittant societatem hominis excom-municati; nisi forte occurrat iusta causa excusans, qualis est probabilis ignorantia, & causa pietatis, necessitatis, aut utilitatis, quæ hoc versu comprehenduntur: Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Suppono 4. h̄c per Utile intelligi utilitatem tam corporalem, quam spiritualem; tam nostram, quam ipsius excommunicati (dummodo, inquit Suar. supr. D. 15. sect. 3. num. 10. talis utilitas sit moralis quæ-dam necessitas ad melius esse, in qua agatur non tam

de lucro temporali augendo, quam de danno vi-tando, & vita, & statu sustentandis: ) per lex intel-ligi legem matrimonialem, qua coniuges excom-municati possunt non modò petere, ac reddere debiti-uma coniugij, sed etiam communicare inter se in aliis omnibus rebus; nimur in domus gubernatione, mensa, colloquio, &c. per humile intelligi humilita-tem subiectionis, quam habent filii erga parentes: serui, famuli, villici erga Dominum, Religiosi erga proprium Prælatum: Clerici erga Episcopum: per res ignorata intelligi ignorantiam, seu inconsidera-tionem tam iuris, quam facti eo modo, quo dixi-mus c. preced. sect. 2. q. 25. remissiuē; per neceſſe deni-que intelligi neceſſitatē tam temporalem, quam spiritualem, tam nostram, quam ipsius excom-municati, imd, & aliorum (in fauorem quorum puto esse ampliati iura concedentia, vt in tali casu communi-carī possit cum excommunicatis vitandis; sicut & iura, quæ in casu utilitatis eamdem permittunt communicationem; utpote quæ sunt fauorabilia, & consequenter latam admittunt interpretationem: maximè, cum h̄c concurrat lex charitatis, quam non est probabile, quod Ecclesia velit impedire; vt innuit Bonac. supr. part. 6. num. 61. & Reginald. l. 32. tract. 1. num. 98.

61. Suppono 5. concessionem communicandi cum excommunicato in casibus propositis non extendi solū ad excommunicatos toleratos (nam, quoad hos, extat concessio Concilij Constant. de qua supr.) etiam ad vitandos; & quidem non solū ad com-municandum ciuilibus, sed etiam in diuinis; si qui-dem ius, in quo conceditur talis communicatio, ge-neraliter loquitur, adeoque debet generaliter intel-ligi; excepta tamen communicatione in scelere, ob quod quis contraxit excommunicationem: talis quippe societas omnibus personis prohibita est, si-cut colligitur ex cap. inter alia de sent. excommunic. in 6. & notant communiter DD. his suppositis,

59. Respond. Regulares vi excommunicationis esse priuatos quacumque ciuili, & politica aliorum fide-lium communione, per se loquendo, exceptis ta-men casibus in iure expressis, & à nobis modò pro-positis; est communis Theologorum apud Suar. supr. sect. 1. num. 1. & patet tum ex cap. nuper, & cap. si ali-quando de sent. excommunic. tum ex natura ipsius ex-comunicationis, cuius proprius effectus est priuare excommunicatum ciuili communicatione; & hoc, siue excommunicatus sit vitandus, siue toleratus; quamquam, si sit toleratus, ex vi Concilij Constan-tiensis possint fideles cum eo conuersati, vt diximus supr. q. 3. quæ clariora hent ex solutione quæstionum modo proponendarum

62. Quæres XIX. An, & quomodo Regulares possint communicate cum proprio Prælato, qui sit excommunicatus vitandus.

63. Respond. si quidem spectentur vt subditī forma-liter, eos non posse communicate cum Prælato, vt Prælatus est: hoc enim ipso quod is est excommuni-catus vitandus, nullum actum Prælati exercere potest, vt constat ex dictis q. 14. si vero spectentur, quatenus cohabitent cum proprio Prælato, vtique cum eo possunt comunicare; non aliter tamen, quam possint communicate cum quocunque alio Religioso eiusdem domus, qui esset excommunicatus; non enim alter eorum cogendus est deserere propriā domum, vt per se patet. Vnde sit, vt non possint cum eo li-berè communicate in omnibus (cum nullum habeat priuilegium ad tales effectum) sed in his tantum, quæ morali modo, & iuxta communem usum talis cohabitationis vitari non possunt; nullus quippe extat

59.

60.

64.

65.

extat titulus, aut priuilegium, quo plus Prælato excommunicato hac in re tribuendum sit, quam alteri Religioso excommunicato: maximè cum hoc ipso, quod est excommunicatus, iam non possit amplius se gerere ut Prælatum. Ita Suar. *supr. D. 15. sect. 7. n. 2.* qui tamen ab hac doctrina generali excipit casum, in quo Prælatus haberet aliquem, vel aliquos Religiosos specialiter deputatos ad suum corporale obsequium: non enim iis priuandus est ob excommunicationem, sed poterit cum iis familiariter communicare, non tamen titulo prælationis, sed quasi seruitutis, aut necessitatis; quod conceditur cuicunque Religioso habenti similes familiares, aut socios.

- 61.** Quod autem diximus de Religiosis habentibus domicilium in Monasterio, cuius Prælatus est excommunicatus vitandus; proportionaliter dicendum est etiam de Religiosis Ordinis ad tale Monasterium intetim accendentibus per modum hospitij, eos scilicet posse communicare cum supradicto Prælato eodem modo, ac possunt alij Religiosi eiusdem Monasterij: nimur quantum exigit ratio cohabitationis, & non aliter, cum enim Religiosi peregrinantes siue ex regula, siue ex consuetudine, soleant, & debeant hospitij causa diuertere ad proprium Monasterium, utique eamdem habent necessitatem communicandi cum Prælato Monasterij ac habent alij Religiosi, qui ibi degunt permanenter: adeoque par est, ut habeant eamdem facultatem communicandi cum illo, quam habent isti alij Religiosi, eam vide-licet, quæ procedit ex titulo cohabitationis.

- 62.** Vnde fit, ut Oblati, Tertiarij, & Donati tunc demum possint communicare cum Prælato monasterij vitando, quando ij habitant in eodem monasterio: secus si degant extra monasterium; tunc namque cum nullus alius subesse possit titulus communicandi nisi subiectio, per quam isti subduntur dicto Prælato, & ea necessariò connotet iurisdictionem in illo, hoc ipso, quod ista suspenditur ratione excommunicationis, suspenditur & subiectio, sivece cessat titulus, quem alias haberent communicandi cum proprio Prælato, & consequenter non possunt cum eo communicare, nisi ratione necessitatis, aut utilitatis; quæ sunt rationes communes omnibus fidelibus, non autem propriæ ipsorum; ut patet ex dictis *supr. ques. 18.*

- 63.** De Monialibus, quæ sunt subiectæ Regulatibus, idem omnino dicendum est; eas scilicet non posse communicare cum proprio Prælato regulari, qui forte sit vitandus; idque ob rationem allatam de Tertiariis, quæ omnino militat etiam in Monialibus, ut consideranti facile contrahit.

- 64.** Secus dicendum de Nouitiis, qui cum habitent in eodem monasterio cum Prælato regulari vitando, poterunt modo supradicto communicate cum eo, quantum exiget ratio cohabitationis, iuxta tamen ipsorum statum; siquidem, cum Nouitiis ex usu Religionum non soleant communicate cum professis, & vitam magis solitariam degant, abstinentes à familiari cōuersatione ipsiusmet Prælati monasterij, non puto illos posse communicare cum proprio Prælato vitando tam extensiù, quam possunt Religiosi professi eiusdem monasterij: alioqui magis communient cum excommunicato vitando, quam exigat ratio cohabitationis ipsis respectu competens.

- 65.** **Qværes XX.** An Prælatus regularis possit communicate in ciuilibus cum Religioso subdito, qui sit excommunicatus vitandus, & quomodo.

- Respond. non posse, nisi interueniat titulus necessitatis, seruitij, aut alijs similis (vt diximus *q. 14. supp. 4.*) quamquam non ideo censerit debet priuatus

*Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.*

iure, quod habet ad regendos subditos præcipiendo, monendo, &c. adeoque quo ad tales actus possit, imd & debeat cum iis communicate; sicut è conuerso ipsi subditi possunt, & debent cum eo, quoad illos eisdē actus communicate. Ita Suar. *supr. n. 4.* & patet, quia in cap. *quoniam multos 11. q. 3.* non excipitur Superior, nec in eis reperitur peculiaris ratio, ac necessarias; quod adē verum est, ut neque Episcopus possit communicate cum subdito à se excommunicato; vt constat ex cap. *cum desideres de sent. excomm. vbi* habetur Episcopum modo dicto communicantem cum subdito à se excommunicato incurrire minorē excommunicationem: quod est signum illi interdictam esse talem communicationem.

Illud certè concedendum est, quod, sicut excommunicatus toleratus licet communicate cum aliis non excommunicatis, quotiescumque ab ipsis requiritur; ita & in casu nostro Superior regularis poterit communicate cum subditis, non obstante, quod sit excommunicatus vitandus, quoties illi iuxta facultatem sibi concessam in iure ipsum requirunt, & cum eo communicate; hæc siquidem est natura correlatiuum, vt quod disponitur de uno illorum, intelligatur item dispositum & de alio: in eo tamen, in quo sunt correlativa; vt benè explicit Peyr. *tom. 3. prim. cap. 1. num. 6.* & quando est eadem ratio utriusque ut aduertit Laym. *l. 1. tract. 4. p. 2. cap. 2. num. 16.*

**Qværes XXI.** An, & quomodo Prælatus regularis, & Religiosus subdito possint inuicem communicate in ciuilibus, si uterque sit vitandus.

Respond. posse in iis omnibus, in quibus diximus eos posse simul communicate in casu, quo Prælatus regularis sit vitandus, non item Religiosus subdito: vel è contra in casu, quo Religiosus subdito sit vitandus, non item Prælatus. Colligitur ex doctrina, quam in simili tradit Diana *part. 5. tract. 9. resol. 12. 3. cum Laym. & Auila;* videlicet coniuges posse inuicem communicate, etiamsi ambo sint excommunicati vitandi; id colligens ex eo, quod hæc duæ excommunications non faciunt maius impedimentum, nec auferunt concessionem communicandi, alias coniugibus competentem ex cap. *quoniam multos supr. cit.* quæ ratio si valet in coniugibus (vt re vera valet) valebit & in casu nostro: cum sit paritas in utroque casu, ac proinde illa vel admitti debeat utrobique, vel utrobique negari. Ita docti Recentiores consulti.

**Qværes XXII.** An, & in quibus possint Regulares vitandi communicate cum Religiosis ciuilem Monasterij non vitandis.

Respond. posse in iis, in quibus possunt, aut tenentur communicate cum proprio Superiori: vix enim possunt cum eo communicate modo dicto, quin etiam communicent inter se: sicut aduertunt Gordon. Corn. Mercer. Turrian. & Villal. apud Diana *supr. resol. 12. 5.* in simili de seruis respectu domini, & de filiis respectu eiusdem patris; cum tamen militet eadem ratio in Religiosis eiusdem Monasterij respectu Superioris, ut facilè constabit consideranti. Dixi in ijs, in quibus possunt, &c. ut indicarem, quod, cum ratio concedendi Religiosis facultatem communicating inuicem, non obstante excommunicatione, sit respectus ad Superiorem, talis concessio non extendetur nisi ad ea, in quibus interuenit talis respectus, & consequenter in iis tantum, quæ dicunt ordinem ad Superiorem, ut Superior est.

An vero, si contingat in eodem Monasterio simul adesse plures Religiosos vitandos, hinc itidem possint modo supradicto simul communicate.

## 42 De Excommunicis in genere quoad Regul.

69. Respond. posse eo pacto, quo diximus q. preced. posse Prælatum vitandum, & Religiosum subditum, qui item sit vitandus, inuicem communicare: cùm sit par ratio in utroque casu, vt patet.
- QVÆRES XXIII. An Regulares vitandi possint admitti ad comedendum cùm aliis in communi refectorio.
70. Respond. non posse. Ita Suar. supr. scilicet i. n. 6. Reginald. supr. n. 86. Sayro l. 2. de Censur. cap. 13. num. 13. Filliuc. tract. 13. n. 88. Bonac. supr. p. 6. §. 2. n. 6. Diana supr. resol. 121. aliqui penes ipsos: & probatur, quia, quando in cap. excommunicatos, & cap. nuper defens. excommunic. & cap. ad mensam 11. q. 3. prohibetur excommunicato participatio cibi, & potus, non prohibetur solum, vt in eadem mensa materialiter eodem tempore, & ex iisdem cibis comedamus, sed præterea prohibetur, ne comedamus, & bibamus cùm excommunicato vitando in diuersis mensis spectantibus ad idem conuiuum, utpote quæ solum materialiter sunt distinctæ, & quatenus sunt in eodem loco (v.g. in refectorio) artificialiter componunt unam mensam, itavt qui ibi comedunt, moraliter reputentur edere ad unam, ac eamdem mensam; quod utique est prohibitum. Quod autem aiunt aliqui DD. cum Auila de Censur. p. 2. cap. 6. D. 9. d. 11. præsumi communicationem in mensa, quando plures invitati comedunt in diversis mensis intra idem cubiculum, imò & in diuersis cubiculis; non obstat, quo minus Regulares vitandi possint comedere intra Monasterium in proprio cubiculo; cùm sic, neque physicè communicent in eadem mensa (vt patet) neque moraliter, cùm ad hoc non sufficiat edere eodem tempore, ex iisdem cibis, & expensis eiusdem personæ (vt notat Suar. supr. n. 7.) sed requiratur, vt coniuæ intendant facere societatem in ratione mensæ, ac inuicem communicare; quod utique non evenit in præsenti casu: quæ doctrina redditur probabilior ex eo, quod docent Reginald. supr. cum Henr. l. 13. cap. 7. §. 3. & Diana resol. cit. cum Auila, si in aliquo hospitio sit mensa mediocris longitudinis, & in una parte illius comedat vitandus, in alia altius non excommunicatus, & quidem eodem tempore nullam inuicem facientes societatem, non censeri communicare in mensa, adeoque non esse transgressores præsentis prohibitionis; quippe qui hoc pacto communicant in mensa solum materialiter; cùm tamen solum prohibetur formalis communicatio in mensa.
71. Quod si hæc doctrina admittatur (vt videtur posse admitti in rigore iuris: maximè cùm Diana resolut. cit. censeat eam esse probabilem etiam in casu, quo mensa sit parua; non video, cur in rigore iuris non possit concedi Regularem vitandum admitti posse ad comedendum cum aliis in communi refectorio, saltem in casu, quo refectorium esset valde amplum, numerus Religiosorum Monasterij mediocris, & vitandus comedeleret in mensa distincta, posita sub ingressum ipsius refectorij; ita omnino videtur in rigore iuris; quamvis, vt in simili monet Reginald. n. 120. ex Vgol. in praxi excommunicati non tolerati debeant, quam maximè vitari, vt sic rubore perfusi, & facilius, & citius resipiscant.
- QVÆRES XXIV. An Regulares vitandi possint admitti ad dormiendum in communi dormitorio.
72. Respond. posse; siue dormitorium sit distinctum in plura cubicula numero diuersa (quod est solum dormire in eadem domo, sed in diuersis lectis, ac cubiculis, & secundum communem DD. sententiam non est prohibitum excommunicatis vitandis:) siue
74. sit unus, ac idem locus communis, in quo dispositi sint lecti singulorum Religiosorum Monasterij: si quidem adhuc dormiunt in lectis distinctis, & per consequens non violent censuram, cùm iuxta sensum communem Summissarum, teste Suar. supr. n. 8. excommunicatus vitandus solum prohibetur dormire cùm aliis fidelibus in eodem lecto; quod non accedit in præsenti casu. Nec obstat, quod Religiosi hoc posteriori modo dormientes in eodem dormitorio, per modum societatis utuntur eodem loco communis, siue censentur communicare in dormitione, esto cubent in diuersis lectis (quod est interdictum excommunicatis vitadis) talis namque communicatio est materialis, non autem formalis, & humana, quæ solum cadit sub prohibitionem Ecclesiæ: adeoque non possunt Religiosi dici transgressores illius; quippe qui non intendunt eo pacto communicare cum Religioso vitando; quod tamen requiritur ad communionem humanam: vt hinc constat, quod Suar. supr. sustinet nullam propriam communionem intercedere in casu, quo contingat duos absque ulla inter se coniunctione, aut societate in eodem hospitio pernoctare, ac dormire in uno, ac eodem lecto, eo, quod unicus illis tribuatur; siquidem hoc est condormire materialiter, non autem formaliter per modum humanæ societatis; quæ doctrina valde confirmat posteriorem partem huius responsionis, vt patet.
- QVÆRES XXV. An Regulares possint cum Religiosis proprij Monasterij vitandis confedere, coambulare, itinerari, collaborare.
73. Respond. quod, cùm hæc spectari possint, tum materialiter, tum formaliter: non possunt quidem in supradictis communicare formaliter, idest per modum societatis humanæ, quæ denegatur excommunicatis, vt diximus quest. 18. supp. 1. possunt tamen communicare materialiter (vt si contingat Religiosum non excommunicatum coambulare cum Religioso vitando, non ex communi consilio, sed casu.) Ratio est, quia excommunicatis non interdictur, nisi communicatio formalis, seu moralis, non autem quæ est merè materialis, vt iam dictum est. Ita Suar. sup. num. 9. addens (quod attinet ad rem præsentem) tunc vitandum dici cooperari cum excommunicatis, quando mutuam operam, aut ministerium sibi præbent in eodem opere faciendo: idque esto ad tale opus conducti sint; secus, si conducerentur ad laborandum in diuersis partibus eiusdem domus, et si ab eodem, eodem tempore, & pro eadem domo consummada conducti essent, & laborarent; unde concludit Suar. Itaque hæc omnia moraliter pensanda sunt, et si communicationem includant, intelligentur prohibita, & non alias.
- QVÆRES XXVI. An Regulares vitandi peregrinantes excipi possint intra Monasterium per modum hospitij.
74. Respond. quod, cùm S. Antonin. & Sylvest. apud Filliuc. tract. 13. n. 88. & alij concedant excommunicatum vitandum posse recipi in hospitio, si occurrat casus necessitatis (quod non sit aliud diuersorum, in quo excipiat) vel causa hospitalitatis, eo, quod excommunicatus sit pauper, & agnoscatur indigere alimento, ac hospitio; utique dicendum est, attento iure communi, Religiosum vitandum posse admitti, tanquam hospitem intra Monasterium; cùm in tali casu militet & casus necessitatis, quatenus non decet, vt Religiosus qui potest hospitari in Monasterio, extra illud hospitetur; & causa hospitalitatis, quatenus Religiosus quilibet est pauper, & vt talis censetur indigere hospitio, ac alimento. Quæ rationes

rationes probant Religiosum vitandum excipi posse per modum hospitij, non solum intra Monasteria proprij Ordinis, sed etiam aliorum Ordinum.

**Qværes XXVII.** An, & quomodo licet salutare Regulares excommunicatos.

74. Respond. non licere, siue salutatio fiat praesenti, siue absenti per epistolam, aut nuncium, siue etiam per modum resalutandi, idque, eti nullum dicatur verbum (v.g. assurgendo ipsis, nutu eis reuerentiam exhibendo, aperiendo caput honoris ergo, se ad eos inclinando, dando locum in sedili, vel similia signa præbendo in signum urbanitatis) quod tamen negant Auila, Graff. & alij apud Bonac. *supr. part. 6. §. 2. num. 4.* putantes (& quidem probabiliter iudicio ipsius Bonacinae, quamvis oppositum dicat esse probabilius) licitum esse salutare, aut resalutare excommunicatum vitandum, dummodò id fiat sine verbis, aut literis, &c. cum nomine salutationis propriè veniant verba, literæ &c. ita Regin. *supr. num. 82. Vgol. Vasq. Suar. Heniq.* aliique penes Bonac. *vbi supr. inter quos Suar. dicit, quod, cum prohibitio ista sit humana, potuit per consuetudinem derogari,* adeoque modum salutandi assurgendo, caput aperiendo &c. posse excusari per consuetudinem, si constet eam esse inductam. Ratio responsonis est, quod in iuribus citatis *quest. 18.* prohibetur quæcumque communicatio cum excommunicato vitando: honorifica autem salutatio cum sit quædam allocutio, est species communicationis, & consequenter est prohibita; quod tamen non facit, quin possit exhiberi salutatio verbis deprecatoriis, aut ordinatis ad emendationem excommunicati, vt ostendit idem Suar. *num. 4.*

**Qværes XXVIII.** An licet communicare per literas cum Regularibus excommunicatis vitandis.

76. Respond. licere, non quidem absolutè, sed referbendo, id est, respondendo ipsorum literis. ita Reginald. *num. 81. cum Heniq. lib. 13. cap. 7. §. 3.* Bonac. *loco supr. cit.* Diana *part. 5. tract. 9. resol. 96.* & alij: probantque ex eo quod rescribere, & resalutare est quædam solutio debiti, quæ præstanda est, etiam inimicis, ideoque non præsumi debet comprehensa sub generali prohibitione non communicandi cum excommunicatis: maximè cum Couar. Less. Auila, & alij apud Bonac. *supr. num. 15.* valde probabiliter docent excommunicatum vitandum posse petere suum cedatum pecuniarium, & debitorem teneri illud soluere: quidquid dicant aliqui cum Sayro *supr. cap. 9. num. 20. & 21.* posse differri talen solutionem, vique dum excommunicatus Ecclesiæ recociliatur. Contra Reginaldum sentit Bonac. *supr. dicens ex Auila de Censur. part. 2. cap. 6. D. 9. disp. 9.* (& meo iudicio probabilius) neque licitum esse rescribere excommunicato vitando; & probatur, tum, quia generaliter prohibitum est communicare cum vitando, vt constat ex dictis; rescribere autem est quædam communicatio (hac enim de causa concedunt DD. communiter non esse licitum scribere literas excommunicato vitando, eum præueniendo;) tum, quia, si licet rescribere, eo quod ista sit solutio debiti, licebit etiam verbis respondere excommunicato vitando, cum id ipsum sit item solutio debiti; vt patet: sive licebit alloqui excommunicatum, etiam extra casus in iure permisso; quod non videtur villo modo admittendum. Monet autem Regin. in casu, quo licite scribatur excommunicato eum non esse salutandum, sed loco salutationis hæc verba iuxta Paludanum *in 4. disp. 18. quest. 6. art. 2.* usurpari posse *Spiritus consilij famoris &c.*

**Qværes XXIX.** An licet confabulari cum Regularibus vitandis, saltem per nuntium, aut interpretem.

Respond. non licere; cum teste Suar. *supr. n. 2.* per particulam *Os* (de qua *q. 12. supp. 1.*) prohibeatur omnis sermo cum excommunicato, siue secretè fiat, siue palam; siue mutuo colloquio: siue loquendo tantum, aut aures præbendo: sic enim ab omnibus exponitur hic effectus, inquit Suar. addens hanc prohibitionem extendi etiam ad locutionem per literas, nuncium, aut nutus (adde tu, & per interpretem;) si quidem in his omnibus casibus salutatur humana colloctio, & communicatio; quæ licet per *Os*, significetur, eo quod vox sit præcipuum instrumentum talis communicatiouis: sub ea tamen comprehenditur omne instrumentum, quod loco vocis solet usurpati.

**Qværes XXX.** An licet amplexari, aut præbere osculum pacis Regularibus vitandis in signum religiosæ benevolentiae: vt in aliquibus Ordinibus solet fieri cum Religiosis hospitibus aliunde aduentientibus.

78. Respond. Regin. *num. 69.* non licere; probatque, tum ex *cap. excommunicatos 11. quest. 3.* vbi prohibitum est communicare excommunicato in cibo, aut potu, aut osculo, aut ave ei dicere; tum quia sub particula *Os* iuxta S. Thomam *in 4. disp. 18. quest. 2. art. 1.* & Adrian. *in 4. de clauibus quest. 3.* prohibetur etiam osculum pacis: & secundum Sotum *in 4. disp. 22. q. 1. art. 4.* prohibitum est etiam amplexus, aliaque signa pacis, ac benevolentiae; & merito cum hæc omnia importent communicationem quandam ciuilem.

**Qværes XXXI.** An licet mittere munera Regularibus vitandis, aut etiam ea ab ipsis recipere,

79. Respond. non licere, siue Regulares ea mittant nomine proprio, siue nomine alterius, siue etiam nomine ipsorum ab aliis mittantur, inquit Palud. *loci supr. cit.* concedens tamen, si quid ab alio detur nomine excommunicati, quod non sit ipsis, posse recipi, sed non nomine excommunicati. ita Regin. *supr. ex S. Anton. & Ang. patetque*, quia missio munerum est quædam communicatio ciuilis, adeoque venit sub generali prohibitione non communicandi cum excommunicatis, & iuxta citatos DD. interdictum sub prefata particula, *Os*.

**Qværes XXXII.** An licet orare, aut etiam celebrare pro Regularibus excommunicatis, siue vitandis, siue etiam toleratis.

80. Respond. distinguendo; vel loquimur de excommunicatis vitandis: & pro his licet orare, etiam in Missa, dummodò Sacerdos id faciat, non in persona Christi, aut Ecclesiæ, sed vt priuata persona, & quidem occultè, ac secretè (non item si publicè, & in persona Christi, vel Ecclesiæ id faciat) id namque prohibet Ecclesia hoc ipso, quod iuxta dicta *quest. 4. priuat excommunicatum communibus Ecclesiæ suffragiis*; illud verò non cùm Sacerdos in celebratione Missæ non desinat esse persona priuata, & vt talis orare possit, non obstante dicta prohibitione Ecclesiæ. Vel loquimur de excommunicatis toleratis, & quoad hos putat Regin. *supr. num. 79. cum Nau. c. 27. num. 36.* licere pro ipsis orare, etiam publicè, imò & celebrare Missam; idque ex beneficio Concil. Constant. quod cum indulget fidelibus, vt possint communicare cum excommunicatis toleratis, tam in diuinis, quam in humanis; consequenter etiam indulget, vt pro iis possiat orare, ac celebrare, etiam vt Ministri Christi, ac Ecclesiæ, & publicè; quod tamen negant aliqui apud Bonacinan. *supr. p. 1. §. 1. n. 6.* qui bene notat eam pluribus aliis DD. Sacerdotem

## 44 De Excommunicato in genere quoad Regul.

in publicis orationibus, & in Memento Missæ, tanquam personam priuatam posse mentaliter, & secrete orate pro excommunicato, etiam denuntiato, eiusque orationes illi prodeesse, quoad opus operantis ipsius offerentis, velut priuatæ personæ: quod etiam concedit Filliucius tractat. 12. num. 88. dicens eum Nauarr. & Suar. licitum esse Sacerdoti totum pium opus dicendi Missam, aut Officium diuinum, quatenus est proprium, per quod habet suum meritum, & satisfactionem, vel impetrationem ex opere operantis, offerre pro excommunicato priuata intentione: sic quippe tale opus, quod de se est publicum, sit priuatum, & alias non extat illa prohibitio, quod non possit offerri pro excommunicato etiam vitando; quod bene est aduertendum.

81. Quod autem multi viri pij, ac docti (vt in Societ. Iesu) solent certis temporibus offerre Missas pro Conuersione hæreticorum, non pugnat cum Ecclesiæ canonibus, quibus id videtur prohiberi; illi namque, vt aduertit Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 4. n. 8. per extrauagantem Concil. Constant. aut saltem per consuetudinem hanc, moderationem receperunt, vt solùm prohibeatur offerri sacrificium Missæ pro hæreticis vitandis: quales utique non sunt omnes hæretici (quamvis alias sint excommunicati;) sed iij tantum, qui sunt nominatim denunciati; vt proinde minus necessaria sit illa interpretatio. Auilæ *suprà d. 3.* qua dicit, si qua in Religione præcipitur, vt pro conuersione hæreticorum Missæ legantur, non esse sensum, quod pro ipsis hæreticis directè offendendum sit, sed potius pro augmento, ac pace Catholicorum, qui inter hæreticos degunt, & vacant eorum conuersioni: quod notauit Laym. monens tamen interim cauendum esse, ne hæretici in Missa exprimantur contra Ecclesiæ usum: quod habet locum respectu cuiuscumque excommunicati vitandi, sicut expressè obseruauit Bonacina *supr. num. 7.* dicens, quod si forte continget Imperatorem, aut Episcopum incurtere excommunicationem, non esse exprimendos in Canone, aut aliis orationibus; cum quæ exprimuntur, censeantur fieri nomine Ecclesiæ.

82. Vtrum verò sacrificium Missæ à Sacerdote excommunicato oblatum pro se ipso, ei suffragetur.

Respond. Bonac. *supr. p. 1. n. 5.* ex Suar. Toler. & aliis non suffragari; & bene, siue sit vitandus, siue toleratus; ratio est, quod Sacerdos in isto casu mortaliter peccat, & consequenter ponit obicem ad fructum sacrificij.

Grauior difficultas est, an sacrificium Missæ oblatum à Sacerdote in persona Christi pro excommunicato vitando ei suffragetur, & quo modo.

83. Respond. Suffragari; tam, quoad impetrationem, quam quoad satisfactionem. Probatur, tum, quia malitia ministri operantis nomine alterius non impedit valorem, & effectum actionis (vt constat de Sacramentis à malo Sacerdote administratis;) ergo etiam malitia Sacerdotis, qui prohibetur ab Ecclesia offerre sacrificium pro excommunicato vitando, non tollit effectum sacrificij, quatenus offertur in persona Christi, stante quod Ecclesia per istam suam prohibitionem non auferit potestate offerendi in persona Christi, & applicandi effectum sacrificij; tum, quia sacrificium operatur, quoties adeat capacitas in subiecto; & non extat impedimentum ex parte illius, pro quo applicatur; ergo, si applicetur excommunicato vitando, ei proderit, si per contritionem reddit in gratiam, & per consequens absulit impedimentum, quo alias sacrificium frustraretur suo effectu. ita Suar. D. 9. de cens. sect. 4. Aula, & alij,

quos refert, & sequitur Bonacina *supr. §. 3. num. 4.* docens secus sentiendum in casu, quo Missa offerretur pro excommunicato vitando nomine Ecclesiæ: sic enim excommunicatus, qui est vitandus, non est capax, vt pro eo offeratur Missa: sicut etiam est incapax aliorum communium suffragiorum, in ter quæ sine dubio venit Missa, si spegetur quatenus offeretur nomine Ecclesiæ: cum iuxta dicta Ecclesia priuet excommunicatum omnibus communibus suffragiis.

QVÆRES XXXIII. An liceat Regularibus audire lectiones Philosophiæ, Theologiæ, aut alterius similis facultatis à Regulari excommunicato vitando.

Respond. licere, si non habeant alium Doctorem, à quo æquè bene, ac commodè supradictas facultates percipiunt. est communis DD. & probatur, tum ex eo, quod in iure ratio utilitatis excusat à prohibitione non communicandi cum excommunicatis vitandis (vt dictum est *q. 18. supp. 4.*) & consequenter, cum in praesenti casu interueniat magna utilitas, quoad hoc cessat supradicta prohibitio: tum, quia excommunicatio non est lata in nocumentum fidelium non excommunicatorum; adeoque per eam non prohibentur ea, quæ necessitatibus huius vitæ humano modo sunt necessaria: inter quæ sine dubio respectu Religiosorum computanda est acquisitione scientiarum, vt patet. Dixi, si non habeant alium Doctorem, &c. Aula enim *supr. D. 11. d. 3.* Coninch. de Censur. D. 14. num. 121. Suar. *supr. D. 15. sect. 3. num. 9.* aliqui communiter supponunt, ad hoc vt ratio utilitatis excusat ab obseruantia supradictæ prohibitionis, requiri quod persona non excommunicata nequeat æquè bene sibi alias consulere.

Vtrum verò Regularis legens lectionem coram suis Discipulis, possit eam prosequi, si inter illos reperiatur aliquis excommunicatus vitandus.

Respond. videri probabile, quod possit: patetque ex eo quod re vera sic Praeceptor, & Discipuli, humano modo loquendo, non videntur communicare cum condiscipulo vitando: neque in hoc æquiparari debet talis actio cum coassistentia in Missa, aut alio officio sacro: siquidem non ita audiuntur Auditores per modum unius corporis politici ad cooperandum in una actione, sicut in alia, ita Suarez D. 12. sect. 2. n. 5. addens ex Soto, Doctorem posse respondere Discipulo vitando interroganti super lectione, quod tamen absolute non admittit Suarez, sed solùm in casu, quo responsio inseruiret salutem animæ Discipuli, ac eius conuersioni.

QVÆRES XXXIV. An casu, quo Officialis Monasterij (v.g. Coquus) fiat excommunicatus vitandus, possint Regularis dicti Monasterij communicate cum eo, vel certè is pro tunc debeat amoueri à tali officio, si adsit aliis Religiosus: qui illud æquè bene exerceat.

Respond. Stando in rigore iuris non debere amoueri, in praxi tamen consultum esse talem officiale amoueri, vt sic rubore perfusus videns se eo modo vitari, tanto citius resipiscat, curèque reconciliari Ecclesiæ. Et quidem quod talis Officialis non necessariò debeat amoueri, stando in rigore iuris, constat ex eo, quod in Monasteriis Regularium similes Officialles æquiparantur seruis, vt pote qui admittuntur ad Religionem, principaliter vt inseruant Monasterio in hujusmodi officijs: serui autem, qui alterius seruitio se subiiciunt (siue id faciant gratia, siue ex mercede) si contingat, quod sint excommunicati vitandi, possunt nihilominus eorum Domini communicare cum iis, in rebus debitum scrutium

84.

87.

85.

88.

86.

seruitum concernentibus: nec tenentur loco seruū vitandi substituere alium non vitandum, & si com- modè possint; si quidem in c. quoniam multos 11. q. 3. ius concedit Dominis, vt possint communicare cum propriis seruis, etiam vitandis: & quidem absolute, non autem cum limitatione, si alias non habeant alium seruum, qui æque benè illud munus impleat; concedit, inquam, non formaliter, ac expresse, sed implicitè, & consequenter: quatenus videlicet id ex- pressè concedit loco citato, quoad seruos, qui per modum correlatiui correspondent dominis; quo modo procedit regula Iuristarum, quod dispositum de uno correlatiuo censemur dispositum & de alio, nisi in aliquo illorum extet specialis aliqua ratio, quæ non sit in alio; quod utique non euenit in præ- sentia.

Nec obstat, quod diximus quest. preced. non posse Regulares à Doctore vitando audire philosophiam, aut alias facultates, si habeant alium, qui eas illis æque benè tradat: est quippe grandis disparitas inter hunc, & casum propositum in hac quest. siquidem quod Regulares possint audire scientias etiam à vi- tando, prouenit ex titulo utilitatis, adeoque cum is cesset, hoc ipso, quod possent æquè commodè eas audire à Doctore non vitando, non possunt eas au- dire à vitando iuxta regul. Cessante causa, cessat effe- clus; quod verò Regulares possint communicare cum Officialibus Monasterij, etiam vitandis prouenit ex ipsa ratione famularius, ideoque sicut domini sacer- tales ex tali titulo possunt communicare cum pro- priis seruis vitandis, esto commodè possent loco ip- forum alios substituere ad implendum seruitum, quod ij præstant: ita & poterunt Regulares vti ope- ra suorum Religiosorum laicorum, qui sint vitandi, nec tenebantur eos amouere ab officio, durante illo- rum excommunicatione; cum æquiparatorum sit eadem ratio.

Quæres XXXV. An Regulares casu, quo contingat eorum parentes sicut excommunicatos vitandos, possint nihilominus cum iis communica- re, & in quibus rebus.

Respond. quod cum Regulares respectu suorum parentum æquieant filii emancipatis, vt pote qui ratione professionis religiose re vera emanci- pantur, id est, patria potestate liberantur (vt ostendit Sanch. l. 5. in deca. cap. 5. num. 29.) consequenter, quod spectat ad præsentem difficultatem, non aliter phi- losophandum est de illis, ac de filiis emancipatis; cum similis ratio militet in utrisq; Hinc, cum Suar. D. 15. sect. 5. num. 4. ex Palud. existimet esse probabile filium emancipatum posse communicare cum pa- rentibus vitandis, eo quod in iure excipiuntur filii; & alias simus in materia favorabili, quæ non deber restringit, sed ampliari (præsertim cum filius, quan- tumvis emancipatus retineat naturale debitum ob- sequendi parentibus: ) & idem dicere possumus de Religiosis respectu suorum parentum, eos videlicet posse coram parentibus vitandis assurgere, caput aperire, eos amplexari, aliaque similia amoris signa exhibere, eorum iussa exequi ( si tamen hæc non cedant in præjudicium status Religiosi, aut Superio- rum) aliaque id genus obsequia parentibus debita præstare, quorum obligatio inseparabilis est à filiis; Quamquam Suar. alioqui dicat filium emancipatum teneri vitare patrem excommunicatum in iis, quæ sunt propria filij, non pro ut filius est, sed pro ut est sub patria potestate, sive limitet communem sen- tentiam Doctorum cum S. Tom in 4. diff. 18. quest. 2. art. 4. negantum filios emancipatos posse commu- nicare cum parentibus vitandis ex eo præcisè quod

sint filii: quippe quæ sunt quasi extranei, nullaque egent communicatione cum propriis parentibus, & per consequens non comprehenduntur nomine fi- liorum in cap. quoniam multos. sup. cit. quod proinde dicere postulum loqui solum de filiis actu subiectis, quales non sunt emancipati. ita limitat Suar. suam sententiam prius absolutè approbatam ut probabi- lem, & benè: siveque etiam ego puto iuxta dicta pro- portionaliter eam esse limitandam quoad Regulares respectu priorum parentum: eos, scilicet posse cum ipsis communicare in iis, quæ sunt propria filio- rum, pro ut filii sunt, non autem pro ut sunt sub pa- tria potestate.

Quæres XXXVI. An, & quo modo Re- gules, si sint excommunicati vitandi, possint inire contractus ratione officij, quod exercent; eo quod v.g. sint Prælati, aut Procuratores Monasterij.

Respond. quod, licet DD. communiter apud Bonac. sup. part. 6. §. 2. n. 5. dicant contractus initos cum excommunicato vitando esse quidem illicitos, sed tamen validos; cum multa prohibeantur, quæ facta tenent; ubi scilicet interuenit simplex prohibitio, non autem facti irritatio ( ut re vera euenit in casu nostro;) nihilominus in præsenti casu censeo contra- ctus à Religioso vitando esse & illicitos, & inuali- dos; si ut rectè aduertit Diana p. 5. tract. 9. resol. 128. quotiescumque contractus initur ab excommuni- cato vitando, tanquam à persona publica, & per po- testatem, quam habet ex vi sui munieris, tunc contra- ctus & est illicitus, & invalidus ex defectu iurisdi- ctionis ad contrahendum, quæ sine dubio in excom- municato vitando suspenditur: id autem euenit in casu nostro, ut patet. Dixi ab excommunicato vitando, quia secùs dicendum foret, si Prælatus, aut Procurator Monasterij esset excommunicatus toleratus: hi enim tunc possent contrahere tam licite, quam vali- dè, cum sic iis concedatur communicare aliis, in ci- vilibus; stante quod talis communicatio cedit, non in fauorem excommunicati, cui Concil. Constant. nullatenus intendit fauere, sed Monasterij, ac Reli- gionis, quorum bonum principaliter intenditur à dicto Concilio.

Quod si Religiosus vitandus, tanquam persona pri- uata aliquem contractum ineat cum debita licentia; tunc contractus est & licitus, & validus; ut patet, tum ex dictis paulò ante; tum ex eo, quod Ecclesia per excommunicationem non tollit, quæ sunt vali- da iure gentium (cuiusmodi sunt contractus) sed ad summum quæ pertinent ad ius positivum huma- num. Est communis Canonist. tum sententia, & qui- dem non dissentientibus Theologis, inter quos Suar. supr. sect. 8. num. 12. benè notat eiusmodi contractum in fato externo non esse omnino firmum, ac validum, id èque ex parte excommunicati vitandi non dari actionem petendi debitum in iudicio; cum ta- men alias, quoad forum conscientiae, sit talis contra- ctus ex utraque parte firmus; quidquid aliqui dicant in contrarium penes Filliac. n. 204. afferentes dictum contractum esse firmum /x parte excommunicati, non item ex parte non excommunicati, idque in odium excommunicati.

Quæres XXXVII. An, & qualiter pe- cent, qui cum Regularibus excommunicatis vitan- dis communicant in civilibus, aut etiam in diuinis.

Respond. Cum distinctione: vel enim communi- cant in casibus iure permisssis, & contentis eo versu: Utile:lex:humile:res ignorata:necessè; & sic nullo mo- do peccant, siue communicant in diuinis, siue in hu- manis: cum talis communicatio iam non sit prohibi- ta, sed iure concessa, ut constat ex dictis in qq. præced. vek

## 46 De Excommunicato in genere quoad Regul.

vel communicant extra casus iure permisso; & tunc adhuc distinguendum est: vel communicant in diuinis: & sic, per se loquendo, peccant mort. nisi parvitas materiae excusat, aut certe communicatio sit priuata (vt si priuatim recitent Officium cum illis) vel communicant in humanis, & sic regulariter peccant solum venialiter, praeterquam in casu quo communicatio fiat in actibus forensibus publicis, vnde sententia irrita, vel graue damnum sequatur, in collatione, electione, aut presentatione ad beneficia ecclesiastica, tam actiuam, quam passiuam quod tamen negant Caiet. & Nau. apud Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 3. num. 2.) nec non in crimen criminoso. ita Layman supr. Coninch. de Censur. D. 14. n. 146. & 149. aliquique, qui benè addunt, posse contingere, vt communicatio in humanis, quæ de se non est mortalitatis sit talis per accidens (v. g. ratione scandali inde imminentis) eo, quod constet excommunicatum sic tardius emendatum iri in contemptum clavium, eo, quod talis communicatio sit contra speciale preceptum Superioris cum prohibentis sub peccato mortali. patet autem responso, quoad priorem quidem partem ex dictis; quoad posteriorem vero ex eo quod communicatio, quæ sit in diuinis, ex genere suo est grauis, & consequenter ex grauitate materiae grauis censetur violationis prohibitionis eam interdicentis: è contra communicatio, quæ sit in humanis, ex genere suo est leuis ratione in materia; ad cōque violatio prohibitionis factæ, quoad illam, regulariter est leuis; præterquam quod, sicut aduertit Regin. supr. num. 89. ex S. Thom. communicans in humanis cum excommunicato non facit contra propriam rationem præfatae prohibitionis, quæ principaliter, ac directe respicit diuinam, quæ sunt propria fidelium, quatenus fideles sunt: vnde, qui in his violat dictam prohibitionem ex genere suo mort. peccat, vt pote faciens directe contra prohibitionem factam de re graui, & contra potissimum illius rationem.

**QVÆRES XXXVIII.** An, & quomodo Regulares ratione excommunicationis prohibeantur communicare in actibus forensibus, seu iudicibus.

92.

Respond. quod, cum Regularis in foro iudiciali sustinere possit multiplicem personam; nimis iurum Iudicis, Actoris, Rei, Notarij, Testis, Aduocati, & Procuratoris; non nisi cum distinctione respondentum est ad presentem questionem: vel enim Regularis est excommunicatus vitandus; & sic etiam in casu, quo iuxta dicta in tract. de prohibit. c. 12. quest. 1. potest esse Index, neque licet, neque validè exercet officium Iudicis: quippe qui facit contra prohibitionem Ecclesiæ latam cap. vn. de except. in 6. & cap. tanta de except. Prælat. caretque iurisdictione, sine qua utique actus Iudicis sunt nulli: vel est excommunicatus toleratus; & sic valida sunt gesta, quæ faci, tanquam Index Ecclesia supplente iurisdictionem, (vt diximus supr. quest. 14.) imo & licita, si requisitus agat, non autem se ingerendo. Quod vero spectat ad munus Actoris, Rei, Notarij, Testis, Aduocati, & Procuratoris, illud validè exercet Regularis excommunicatus virandus, sed illicitè; validè autem, & licite, si sit toleratus, & id faciat requisitus; sicut è contra validè, sed illicitè, si ad tale munus se ingerat. ita Bonac. supr. part. 7. per totum, aliquique plurimi apud ipsum: patetque ex dictis, si solum probetur sup. dictum munus Actoris, Rei &c. validè exerceri ab excommunicato vitando, quamvis illicitè. ratio autem est, quod ius prohibet quidem excommunicatum vitandum exercere munus Actoris, Testis, &c. non tamen irritat ipso facto illius gesta; nisi forre à

Iudice ex officio, aut per Aduersarij exceptionem repellatur: quo modo impeditur executio sententiae iuxta cap. vn. de except. in 6. non tamen redditur invalida, vt aduertit Suarez supr. D. 16. sect. 3. num. 7. monens istam doctrinam locum habere in causis, etiam Ecclesiasticis; cum neque quoad has, exterius ius vllam in contrarium.

Additum quod, quamvis excommunicatus vitandus non possit agere in iudicio: siue conueniendo, siue reconveniendo, vt patet ex cap. decernimus de sent. excommunicat. ipse tamen conueniri potest in iudicio, tanquam Reus in casu, tum ciuili, tum criminali, ne alijs reportet commodum ex sua malitia; nec prohibetur per se ipsum respondere, ac tueri propriam causam: quidquid alij in contrarium colligant ex cap. intelleximus de iudic. vbi de Reo dicitur, debet per alium in iudicio respondere: cum tamen teste Suar. supr. 4. num. 7. dici possit verbum debet solum cadere super respondere: si quidem Papa solum erat interrogatus, an talis in iudicio deberet respondere, responditque debere: quod si addit per alium, id facit, non vt præcipiat hunc modum, sed solum vt iudicet eum esse conuenientissimum; quo modo re vera est; vt sic quam minima communicatio habeatur cum excommunicato.

De Notario docent similiter Canonistæ in cap. ad probandum de sent. & re iudic. quod, si sit excommunicatus vitandus, publica illius acta ratione publici munera ipso iure sunt irrita: quod tunc saltem videtur habere verum, si actus (v.g. authenticum instrumentum) ad substantiam, & valorem testamenti, aut alicuius contractus ex dispositione Iuris requiratur; instrumentum quippe conjectum ab excommunicato vitando non censeretur authenticum, cum is à publicis actibus tum iure ipso, tum Iudicis officio repellatur, imo, esto fiat à tolerato, in foro externo potest infirmari, si opponens excommunicationem sufficienter probate queat, ita Laym. lib. 1. tract. 4. part. 2. cap. 2. num. 15.

**QVÆRES XXXIX.** An Rescripta Apostolica obtenta à Regularibus excommunicatis, ipsis suffragantur.

Respond. non suffragari; cum ea in cap. de rescript. in 6. declarentur ipso iure irrita: quamquam hoc tempore nihil obsit talis irritatio: cum sup. dictis rescriptis inseri soleat absolutio ad cautelam, dum taxat ad effectum rescripti consequendum; sicut notat Laym. supr. num. 12. addens ex hoc capite non infirmari ipso iure gratias, & concessiones aliorum inferiorum Prælatorum, quantumvis fiant excommunicati; si quidem nomen Rescripti, præcipue in materia penali strictè sumendum est. Quibus autem non posit absolutio illa ad cautelam inseri solita in rescriptis pontificiis, diximus c. præc. sect. 2. quest. 38. §. addo ex Naldo.

**QVÆRES XL.** An Regulares contumaciter perseverantes in excommunicatione per annum, censentur suspecti de heresi:

Respond. Censi, ac proinde contra ipsos procedi posse, tanquam de heresi suspectos, est communis Doctorum sententia apud Suarez D. 18. de censur. sect. 1. num. 6. addentem, et si haec suspicio sit leuis, id tamen operari, vt sic suspectus teneatur se purgare canonice, & si id non faciat, habeatur pro coniuncto. patet responsio ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. (quam tamen Barbosa, & alij relati à Diana p. 4. tract. 7. refut. 18. limitat ad excommunicatos ob delictum; sive que putant illam non procedere de excommunicatis pro causa ciuili. pro se allegantes decisionem Rotæ Romanæ in vna Segobiensi s. Junij 1598. coram

Sera

93.

96.

97.

94.

95.

**Seraphino.** Imò Sousa in aphor. Inquisit. lib. 1. cap. 27. num. 6. ait perseverantem per annum in excommunicatione non ex causa fidei, non reputari hæreticum, sed solum leuiter suspectum, & ex consuetudine Romana non procedere Inquisitores contra eiusmodi excommunicatos: quod docent etiam alij plures citati à Diana *supr.*

**96. QVÆRES XLI.** Quas pœnas incurvant qui communicant cum Regularibus excommunicatis.

Respond. incurtere excommunicationem minorem, siue communicatio fiat in diuinis, siue in humanis, modò id non faciant ex iusta causa: patet ex *cap. statutum de sent. excommun. in 6.* & est communis DD. sententia.

Placet autem pro maiori cognitione minoris excommunicationis aliqua hic breuiter aduertere, quæ ad proximam quotidianam Regularium in præsenti materia non parum deseruient.

**97. Aduerte ergo primò,** quod, licet minor excommunicatione proximè, per se, & directè solum priuet vnu passiuo Sacramentorum; remotè tamen, indirectè, & per consequentiam alia duo operatur; nimirum, quod ea affectus peccat saltem venialiter, si absque necessitate Sacraenta ministret: & quod eligi non debet ad beneficium ecclesiasticum: & si eligitur, electio infirmari debet, *cap. vlt. de Clerico excommun. ministr. ita Laym. supr. cap. 3. num. 4.* & 5. aliquique penes ipsum.

Aduerto secundò, excommunicationem minorem ferri pro peccato veniali: illam enim incurvant communicantes cum excommunicato excommunicatione maiori in rebus humanis, salutando, v. g. excommunicatum, aut differendo cum illo de rebus politicis, quæ vtique non excedunt culpam venialem. *Quamquam Diana p. 5. tract. 9. resol. 47. ex Hurtado puter, & bene, doctrinam hanc procedere solum de excommunicatione minori,* prout nunc de facto fertur; quæ scilicet fertur à iure, aut etiam feretur ab homine generaliter, & potest auferri à quolibet Confessario: non autem de ea, quæ feratur ab homine specialiter, & auferri solum possit à Iudice in foro externo: hæc enim censeretur pœna grauis, tum ex obiectione, tum ratione difficultioris absolutionis, idèoque non incurretur ob peccatum solum veniale.

Aduerto tertio, non incurri minorem excommunicationem resalutando excommunicatum vitandum, aut exhibendo ei signa reverentiaz, ex communione hominum more solita fieri urbanitatis causa (v. aperiendo caput, assurgendo, &c.) sic enim docent plures Doctores citati à Diana *supr. resol. 116.* contra alios ab eodem relatos.

Aduerto quartò, quod, sicut ignorantia, & inadvertentia excusat ab incurrenda excommunicatione maiori (vt tradunt plures DD. apud Dianam *p. 3. tract. 5. resol. 13.*) sic excusat ab incurrenda minori excommunicatione iuxta regulam iuris in 6. *Cui conceditur, quod plus est, conceditur, & quod minus est.* Imò idem dicendum videtur de bona fide; sive existima rem bona fide non incurri minorem excommunicationem in hoc vel illo casu (in quo re vera incurritur) nequaquam affici dicta excommunicatione: cùm ad illam incurrendam requiratur contumacia, quam excludit bona fides, vt tradunt communiter Doctores.

Aduerto quintò, quod si Religiosus assignatus in socium alterius Religiosi habentis iustam causam agendi cum excommunicato vitando hunc salutet verbaliter, aut breui illum alloquatur urbanitatis causa, non incurrit excommunicationem minorem

hæc enim associatio debet esse ciuilis, & urbano modo facta: aliás posset obesse negotio, quod tractatur; & non esset moraliter facta; prout scilicet fieri solet tales associationes.

Aduerto sextò, Religiosum habentem animum se exponendi periculo incurriendi minorem excommunicationem, non peccare mortaliter; cùm hæc censura non sit pœna adeò grauis, & incurritur ob peccatum veniale: intellige, nisi astio, per quam se exponit dicto periculo, aliás sit vetita fab mortal, vt communicare notabiliter in diuinis cum excommunicato vitando: tunc namque esset mortale expondere se tali periculo.

Aduerto septimò, semel salutantem verbaliter excommunicatum vitandum affici excommunicatione minori; ita vt hic materiae paruitas non excusat: siquidem salutatio verbalis est expressè prohibita sub pœna minoris excommunicationis, & aliás unica salutatio importat totam malitiam hic prohibitam.

Aduerto octauò, quod quamvis Canonistæ communiter apud Couarruiam in *cap. alma mater, p. 1. §. 8. n. 3.* & aliqui Theologi cum Suarez D. 24. de censur. sect. 1. num. 18. assertant electionem ad beneficium personæ excommunicatae excommunicatione minori factam ab electoribus ignorantibus talem censuram, debere irritari; quippe quæ est reprobata non ob culpam diligentium, sed ob personæ electæ incapacitatem: *Aula tamen part. 2. de censur. cap. 6. D. 12. d. 4. concl. 4.* & Diana p. 5. tract. 7. resol. 122. negant prefatam electionem debere irritari: ea ducti ratione, quod in *cap. vlt. de cler. excomm.* habetur talem electionem esse irritandam, si scienter facta sit, & particula *scienter*, ad incurrendam pœnam prefatam supponat scientiam ex parte electorum, quæ tamen non adest in casu nostro.

Aduerto nonò, excommunicatum excommunicatione minori conuersari posse cum aliis fidelibus absque eo, quod hi incurvant excommunicationem minorem: nam excommunicatio minor non priuat participationem fideliū, sed tantum passiuā administrationē Sacramentorum, & electionē passiuā ad beneficia.

Aduerto decimò ex dictis num. 36. sepelientem in loco sacro excommunicatum vitandum non affici excommunicatione minori ob participationem cum excommunicato vitando: cum minor excommunicatione in maiorem commutata sit ob grauitatem delicti: sicut commutatur ob participationem cum excommunicato in crimen criminoso. ita Castrus Palaus D. 2. de censur. p. 6. n. 16. ex Suarez D. 12. de censur. sect. 2. num. 15.

Aduerto undecimò, hanc excommunicationem dici minorem comparatione maioris excommunicationis; tum, quia ob minorem causam incurritur; tum, quia minorem priuationem inducit. ita Sayr. lib. 2. de censur. cap. 22. n. 3. Henr. lib. 23. cap. 3. n. 1.

Aduerto duodecimò ex Nauarr. *cap. 27. n. 25.* Henr. *supr. n. 4.* & Sayr. *cap. 23. n. 1.* quod, quamvis excommunicatio minor ferri possit ab habente iurisdictionem in foto externo, teste Gloss. in *cap. si inimicus 11. q. 1.* vnu tamē receptum est, vt nunquam ab homine feratur, sed solum à iure ob communicationem cum excommunicato vitando.

Aduerto decimotertio, quod licet in *cap. si celebatur de Clerico excomm. ministr.* solum fiat mentio de electione ad beneficia ecclesiastica; tamen Doctores communiter decisionem extendunt ad præsentationem, ac collectionem: quippe quæ dici possunt electiones, & ratio decisionis in iis æquè procedit, ac in

# 48 De Excomm.in genere quoad Regulares.

in electione. ita Castrus Palatus num. 12. ex Richardo, Decio, Couar. Henr. Suar. Conincho, Laym. & Auila hinc inferens num. 13. eligentem, praesentantem, aut conferentem beneficium existenti in minori excommunicatione, & ipsum recipientem tale beneficium grauiter peccare; cum violent legem ecclesiasticam in re graui; vt tradunt Abbas in d. cap. si celebrat n. 3. Sayr. supr. cap. 22. Suar. D. 24. de censur. sect. 2. num. & alij.

Aduerto decimoquarto, electores in isto casu eligentes, etiam scienter nullam poenam incurre; cum nullibi statuta sit & cap. scriptum in fide de elect. (qua in contrarium possent adduci) loquantur de elegentibus indignum ob defectum scientiae, honestatis morum, ac aetatis, ac proinde extendi non debeant ad eligentes indignum ob minorem excommunicationem: haec enim indignitas facile tolli potest, & beneficij collationem non facit ipso iure nullam; vt notant Suar. & Auila apud Castrum Palatum supr. num. 20.

Aduerto decimoquarto, quod, sicut ab excommunicatione minori lata ab homine (qua tamen non est in vsl) possunt absoluere solum Auctor illius, eius Superior, aut Successor: sic, si ea lata sit a iure per consuetudinem, qua acquiritur iurisdictio, videtur receptum, vt quilibet Sacerdos approbatus ad confessiones, possit ab ea absoluere pro foro conscientiae; imo & quilibet Sacerdos simplex respectu penitentis non habentis peccatum mort. ita Bonacina supr. quest. 3. num. 11. citant pro se Toletum, & Nauarrum; addensque de rigore iuris ab excommunicatione minori lata a iure solum posse absoluere fideles per proprium Sacerdotem, Papam scilicet, proprium Episcopum, & proptimum Parochum. Dixi pro foro conscientiae, quia a minori excommunicatione, quo ad forum externum, non potest absoluere inferior proprio Ordinatio, vt notauit Layman supr. num. 6.

Aduerto decimosexto ex Castro Palao num. 23. quod, quamvis plures Doctores relati ab ipso Castro Palao num. 22. putent simplicem Sacerdotem, qui solum potest absoluere a venialibus posse absoluere a minore excommunicatione: oppositum tamen est longe probabilius, probatur, tum, quia in in cap. nuper de sent. excommunic. rogatus Papa, an simplex Sacerdos absoluere possit ab hac censura, respondet posse absoluere Episcopum proprium, aut Sacerdotem proprium; sic indicans simplicem Sacerdotem non posse, vt patet: tum, quia haec absolutione alia est ab absolutione peccatorum, & per se spectat ad iurisdictionem contentiosam, ideoque nemini potest competere, nisi a iure, vel ab homine habente iurisdictionem: simplici autem Sacerdoti nullibi in iure conceditur talis facultas; & ex facultate absoluendi a venialibus in iure concessa simplici Sacerdoti inferri non potest concedi facultatem absoluendi ab hac excommunicatione; cum haec facultates sint diuersae.

## SECTIO II.

In qua proponuntur, ac explicantur Excommunications, quae in specie latæ sunt contra Regulares, & referuantur Papæ.

98 Referuntur excommunications contra Regulares latæ, ac Reservatae.

- 99 Excommunicantur Regulares inducentes alium ad promittendum de sepultura.
- 100 Secus, si solum inducant ad eligendam sepulturam apud ipsos; maxime, si de iure apud ipsos eligens debeat sepeliri, et si alij id negent.
- 101 Excommunicatur, si indebet ministrant Sacra menta.
- 102 Et quidem etiam Religiosi laici, imo & Moniales, sed non Novitii.
- 103 In pluribus tamen casibus erit utitur ista excommunicationis.
- 104 Ea supponit presumptionem, nec incurrit a ministrante Sacramenta Religiosis alterius Ordinis.
- 105 Incurritur a Religioso absoluente ab excommunicationibus latè a canone, aut Conciliis.
- 106 Faciens actum sub censura vetitum a pluribus Prelatis non semper incurrit multiplicem censuram.
- 107 Prefata excommunicationi non subest absoluens a Suspensionibus, aut Interdictis.
- 108 Nomine absolutionis a poena, & culpa hic venit concessio Indulgentia plenaria.
- 109 Hanc excommunicationem incurrit ministrans Sacramenta filie.
- 110 Excommunicantur Religiosi transentes ad partes ultramarinas.
- 111 Non tamen in casu, quo ibi sit maior pars fidelium.
- 112 Huic excommunicationi interdum subest Prelatus concedens talem transitum.
- 113 Ea extenditur ad Religiosos laicos.
- 114 Excommunicantur Religiosi dantes, aut accipientes pro ingressu Religionis.
- 115 Si quidem dans manifeste pruuam suam mentem.
- 116 Secus, si quid accipiat pro sustentatione dantis.
- 117 Hic vetatur datio cuiusque rei temporalis.
- 118 Huic excommunicationi non subest pacifrons, vt admissus ad Religionem concionetur &c.
- 119 Subest vero, qui pro ingressu Religionis petit munus pecuniarium, commodatum, aut depositum.
- 120 Non subest, qui ad effectum ingrediendi aliquid temporale exigit a Monasterio.
- 121 Prohibetur autem hic solum datio, & acceptio ex pacto.
- 122 Capitulum pro ingressu aliquid accipiens suspenditur.
- 123 Huic excommunicationi subest dans, aut accipiens ad habendum suffragium pro ingressu.
- 124 Excommunicantur Religiosi Mendicantes si transiant ad non Mendicantes.
- 125 Declaratur: quæ licentia petatur ad hunc transitum.
- 126 Generalis Societas Iesu concedit suis subditis transitum ad quemlibet Ordinem.
- 127 Illi semel tantum transiunt ad Carthusiam.
- 128 Hec excommunicationis afficit Religiosos postea declaratos Mendicantes.
- 129 Ei non subest Religiosus Mendicans perpetuo eiusdem si transeat ad non Mendicantes.
- 130 Admissio Religiosi Mendicantis ad Ordinem non Mendicantem est nulla.
- 131 Ad hunc transitum petitur specialis licentia Papa, non obstantibus priuilegiis.
- 132 Hec excommunicationis incurrit etiam ob solam receptionem ad nouitiatum.
- 133 Et quidem etiam a Religioso indebet transiente ad Ordinem non Mendicantem: Clerici ministrantes infirmis non transiunt ad Carthusiam sine licentia Papa.
- 134 Excommunicantur Religiosi detinentes Dominicanum apostolatum.
- 135 Et hoc procedit etiam de detinentibus Religiosum apostolatum cuiusvis alterius Ordinis.

136 Excom

- 136 Excommunicantur Regulares indebet admittentes Religiosos Societatis Iesu.
- 137 Et hoc, et si hi transeant ad Cartusiam.
- 138 Si quidem vere sequatur admissio.
- 139 Excommunicantur Fratres Minores, ac Eremitani recipientes Fratrem Dominicanum.
- 140 Non item Dominicani admittentes Religiosum alterius Ordinis.
- 141 Excommunicantur Fratres Humiliati admittentes ad professionem, aut habitum sui Ordinis.
- 142 Excommunicantur Minores admittentes tempore Interdicti ad diuina Officia Tertiarios.
- 143 Non tamen in presentia; cum talis admissio ipsis aliunde concedatur.
- 144 Excommunicantur Religiosi non denunciantes Religiosum subditum hereticum, aut suspectum de heresi, si ipsis sint Prelati.
- 145 Secus, si ipsis sint subditi.
- 146 Hoc excommunicatio afficit Prelatos regulares solum respectu Religiosorum subditorum.
- 147 Religiosi subditi ex hac excommunicatione tenentur denunciare quoctumque hereticos, aut suspectos, & quidem iuxta aliquos, etiam secularres.
- 148 Suffit tamen, quod Prelatus denunciet per alium.
- 149 Ante denuntiationem promittenda Correcchio, si speretur fructus.
- 150 Denunciandus hereticus, aut suspectus iuxta aliquos, et si est emendatus.
- 151 Prelati regulares se in talibus causis non immiscent nec cum suis Religiosis.
- 152 Excommunicantur Religiosi, si dicant hereticum esse, aut peccatum credere Christi sanguinem in triduo mortis fuisse diuisum a diuinitate.
- 153 Item si indebet absoluunt a reseruatis.
- 154 Item, si commutent Vota reseruata Papa.
- 155 Item, si indebet differant de Conceptione Virginis.
- 156 Item, si depravent Verbum Dei, aut sacram Scripturam.
- 157 Item, si subornent in electionibus Regularium.
- 158 Item, si rebellent a Visitatore Ordinis.
- 159 Item, si paciscantur dare, aut accipient pro gratia, aut iustitia obtinenda a Sede Apostolica.
- 160 Item, si predicent absque licentia proprii Prelatiregularis.
- 161 Item, si recipiant bannitos; et si excommunicatio hec non afficiat omnes Religiosos ubique degentes.
- 162 Plura adnotantur pro intelligentia huius excommunicationis.
- 163 Excommunicantur Religiosi indebet intrare septra Monialium, aut ingressum permittentes, si sint Prelati.
- 164 Item, si procurent abortum foeminae pregnantis; sed non semper.

98.

**Q**VÆRES I. Quot, & quæ sint excommunications latæ contra Regulares, quæ reseruantur Papæ.

Respond. esse 23, & 1. est contra Regulares inducentes aliquem ad promittendū de sepultura: 2. contra ministrantes Extremam Vnctionem, aut Eucharistiam, aut matrimonium absque licentia Parochi. 3. contra euntes ultra mare sine facultate Superioris. 4. contra simoniacè recipientes aliquid pro ingressu Monasterij. 5. contra Mendicantes transeuntes ad non Mendicantes. 6. contra detinentes Apostatas Fratrum Prædicatorum. 7. contra recipientes in suam Religionem Iesuitas. 8. contra Minores, ac Eremitanos recipientes in suum ordinem Dominicanos. 9. contra Humiliatos dantes alicui habitum. 10. contra Minores tempore Interdicti admittentes

Pellizarij Manual. Regul. Tom. I I.

ad diuina Tertiarios. 11. contra Superioris non denuntiantes proprios subditos suspectos de heresi: aut etiam hereticos. 12. contra afferentes hereticum esse, aut peccatum credere Christi sanguinem in triduo passionis fuisse diuisum, vel non diuisum a diuinitate. 13. contra illos, qui absoluunt a reseruatis Sedi Apostolicæ, aut Ordinariis locorum, & quidem ex præsumptione & sub prætextu priuilegiorum ad id obtentorum. 14. contra indebet differentes in sermonibus ad populum de Concept. B. V. 15. contra Prædicatores indebet sacrant Scripturam interpretantes. 16. contra subornates in electionibus proprij Ordinis, necnon contra procurantes fauorem extra Ordinem ad officium obtinendum. 17. contra rebelantes in Visitatores, aut eis contradicentes. 18. contra dantes, aut accipientes pro gratia, aut iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam. 19. contra prædicantes sine licentia proprij Prelati. 20. contra receptantes bannitos. 21. contra violantes clausuram Monialium. 22. contra procurantes abortum foeminae pregnantis. 23. contra indebet extrahentes Sanctorum Reliquias.

**QVÆRES II.** Quid requiratur ad hoc, ut Regulares sublent excommunicationi latæ contra induentes ad promittendum de sepultura.

Resp. ex tenore Clem. cupientes, de pœn. (vbi fertut ista excommunication ad efficaciem obseruantiam Constit. Bonif. VIII, relatæ in cap. 1. de sepult. in 6.) requiri, 1. temeritatem ob ea verba, temerarios violatores, adeoque posse quā ab ea excusari ob ignorantiam, aut bonam fidem. 2. quod Religiosus alium inducit, non solum ad eligendam sepulturam, sed etiam ad vouendum, aut iurandum, aut promittendum se electurum sepulturam in Ecclesia spectante ad inducentem, vel certè non mutaturum electionem sepulturæ iam factam. 3. quod de facto sequatur electio sepulturæ ex vi talis inductionis. 4. quod alter inducat ad eligendam sepulturam in Ecclesia pertinente ad eum, qui sic inducit. ita Sayt, lib. 3. de censur. cap. 29. n. 40. Suar. D. 22. de censur. sect. 4. n. 25. 26. aliique penes ipsos, & pater ex dictis in tract. de priuileg. cap. 5. sect. 4. subf. 2. q. 21. si hic monuero ex Suar. etiam Religiosos laicos comprehendit hac excommunicatione, imo & Moniales, vt pote quæ secundum omnem proprietatem loquendi veniunt nomine Religiosorū, de quibus expresse loquitur Clem. supr. relata: non item Nouitios, quippe qui in odio sis non comprehenduntur nomine Religiosorum.

Ex quibus sequitur, quod, cum sub hac excommunicatione non prohibeat inducere ad actum, sed ad obligationem actus: ut notat S. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 51. & Ang. v. sepultura, n. 35. consequenter non subiaceat huic excommunicationi Religiosi, qui horuntur, suadent, & consulunt, ut alter modo dicto eligit sepulturam: qui consulti ab alio, num debeat vouere electionem sepulturæ, annuunt, ut eligat, & consilium approbat; qui proponunt rationes in utramque partem, ex quibus possit quis statuere, num expedit vouere, aut promittere, aut iurare electionem sepulturæ; in his quippe casibus non verificantur verba præsentis prohibitionis secundum effectum consummatum, ut patet. Secus, si qui Religiosi minis, cogant ad promittendam electionem sepulturæ (hoc enim utique est maximè inducere;) qui per alium inducunt ad promittendam electionem sepulturæ, cum hoc vere sit inducere, ut constat; quamquam (ut diximus in tract. de priuileg. loco sup. cit.) ad incurriendam istam excommunicationem non sufficiat, quod unus tantum Religiosus inducat ad vouendum electionem sepulturæ, sed requiratur, ut in-

22:

100.

E dūctio

## 50 De Excom latis cont Regul ac reseruatis.

ductio fiat saltem à maiori parte Religiosorum spectantium ad Ecclesiam, in qua eligi debet sepultura; quod negat Pasqualigus *decis. 280. n. 2.*

Addit Pasqualigus *decis. 375.* quod quamvis Rodriguez. *tom. 4. sive. c. 130. n. 3.* & alter Rodriguez. *refol. 128. n. 6.* sustineant non incurri hanc excommunicationem à Religioso inducente modo dicto ad promittendam electionem sepulturæ in loco, vbi eligens debet sepeliri de iure; cùm sic inducens non violet decretum Bonifacij VIII. factum in fauorem Ecclesiæ, in qua defunctus de iure sepeliri debet, sed illi faueat: probabilius tamen est in tali casu incurri excommunicationem; vt docet Portel. *de dub. reg. ver. sepult. n. 4.* probatque ex eo quod, quando actus de se prohibetur vt malus, etsi conducat ad finem prohibitionis, adhuc censetur prohibitus; vt si quis in die ieiunij intemperantiū edat ad opprimendam naturam, &c.

**Q VÆRES III.** In quibus casibus Regulares incurvant excommunicationem latam in Clem. 1. *Religiosi de priuilegiis & excessibus priuilegiis.* contra Religiosos ministrantes sine speciali licentia Parochi Sacra- menta extremae Vnctionis, aut Eucharistiae, vel solemnizantes Matrimonium, vel absoluentes ab excommunicationibus reseruatis, vel concedentes indulgentiam plenariam.

**101.** Respond. quod, cùm in citata Clem. dicatur: *Religiosi, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremae, vel Eucharistie ministrare, matrimoniae solemnizare, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos a Canone, preterquam in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicae concessis eosdem, vel à sententijs per statuta prouincialia, aut synodalia promulgatis, seu (ut verbis eorum utiamur) à pana, & culpa absoluere quemquam presumpserint, excommunicationis incurvant sentiam ipso facto per Sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi, cùm, inquam, citata Clem. sic dicatur, Regulares hanc excommunicationem tunc demum incurvant, quando sine speciali licentia, quæ saltem habetur per ratihabitionem, proptijs Parochi ministrant Clericis, vel laicis extremae Vnctionem, aut Eucharistiam (sive id fiat per modum Viatici, sive alias) aut solemnizant matrimonium, idest solemniter benedicunt nuptiis, sive primis, sive secundis (quamuis secundæ non debeant benedici;) hoc enim est solemnizare matrimonium; unde fit, vt Religiosus assistens præcisè alicui matrimonio sine speciali licentia Parochi, non autem benedicens effugiat istam excommunicationem, incurrens tamen suspensionem, de qua in Concil. Trid. *sest. 24. c. 1.* ita Suar. *supr. sest. 4. Filliuc. tract. 15. n. 184. & seqq.* Bonac. *de Censur. in partic. D. 2. q. 9. p. 5. per totum c. 29. & n. 26.* Lezana *tom. 1. cap. 21. n. 8. 9. 10.* & aliis patetque ex tratt. de priuilegiis cap. 3. *sest. 4. q. 1.* quoad ministracionem quidem Extremae Vnctionis *sest. 4. q. 1.* quoad Eucharistiæ vero *sest. 3. q. 4.* quoad matrimonij denique solemnizationem *sest. 5. q. 1.* quare hic solum aliqua breuiter aduertenda sunt.*

**102.** Aduerto ergo primò, ista excommunicatione comprehendunt tantum Religiosos, sive professos, sive etiam per vota simplicia solum tales: & quidem etiam non exemptos (quamuis enim Clementina relata sit sub tit. *de priuilegiis* sensus tamen illius principaliter sumi debet ex verbis, non ex rubricis:) imò & Moniales, ac Religiosos non ordinatos, loquendo de actionibus, quæ ab his exerceri possunt: cuiusmodi est ministrare Eucharistiam, aut concedere indulgentiam plenariam, cuius concessio innuitur in allegata Clementina sub illis verbis, à pana, & cul-

pa, vt notat Filliuc. *supr. num. 189.* ex Sylvestro, et si Bonac. *supr. n. 27.* ex Anchutan. & Cardin. putet valde probabile Moniales & Religiosos laicos non comprehendunt sub hac excommunicatione: cùm textus, in quo ea fertur, videatur dirigi ad Religiosos, qui solent Sacra menta ministrare: cuiusmodi utique non sunt neque moniales, neque Religiosi laici. Quæ doctrina à fortiori procedit de Nouitiis: maximè cùm hi in materia odiosa non veniant nomine Religiosorum, vt notant DD. communiter.

**103.** Aduerto secundò, quod, cùm sub præsenti excommunicatione prohibetur non usus legitimæ potestatis, sed abusus usurpatæ potestatis: non desunt plures modi, quibus Religiosi absque censura huius Canonis ministrare possunt dicta Sacra menta: primus est ex speciali licentia eius, qui potest illum concedere (vt est Parochus, etiam nondum Sacerdos, Episcopus, eiusque Vicarius generalis:) ex speciali, inquam, per quam exprimitur actus Sacra menti; & si ex parte personæ sit solum generalis, quomodo in responsione diximus sufficere ratihabitionem: utpote quæ supplet vicem specialis licentia, quoties de mente rationabili concedentis constat; siquidem hic non requiritur licentia expressa, sed specialis, quæ sine dubio inter se habent diuersitatem. 2. modus est ex concessione juris, aut per priuilegia Religionis; quo pacto Religiosi modò regulariter ministrant fidelibus Eucharistiam, præterquam in Paschate, imò & extremae Vnctionem in certis casibus: idque non obstante quod in fine citati Canonis dicatur: *Nullo priuilegio suffragante: quod, teste Glosa, additum est, vt Religiosi contra illum Canonem delinquentes incurvant hanc excommunicationem, ac denuncientur, non obstante quocumque priuilegio: non autem ad reuocanda priuilegia, quæ forte iis concessa sint, quoad dictorum Secramentorum administrationem.* 3. modus est ex vi officij, aut beneficij; vt si Religiosus sit Parochus; quo casu Nau. ex Felin, & aliis apud Suar. n. 10. putat Religiosum non affici ista excommunicatione, quantumvis alienis oibis sine debita licentia ministret prefata Sacra menta; quod tamen reiicit Suar. & bene. 4. modus est ex consuetudine recepta, & probata; quæ in similibus rebus utique confert iurisdictionem. 5. modus est ex necessitate extrema, quæ tamen non habet locum, nisi in Eucharistia, ac extrema Vnctione, non item in solemnizatione Matrimonij; quamvis Sayr. *sup. n. 29.* Sylu. v. *excomm. 7. n. 32.* & alijs arbitrentur non habere locum, neque in Eucharistia, quæ ministretur per modum Viatici: quod DD. communiter reiiciunt.

**104.** Aduerto tertio, quod, sicut ad contrahendam istam excommunicationem requiritur præsumptio (vt colligitur ex verbo *presumperint*, quod extat in Canone citato) adeoque ab ea excusat Religiosus, qui dictum Canonem violat ex ignorantia, aut probabiliter credens Parochum ratihabiturum.

Aduerto quartò, non subiacere isti censuræ Religiosum, qui Eucharistiam, aut Vnctionem extremae ministrat sine debita facultate Religiosis alterius Ordinis; cùm in Canone citato dicatur: *Religiosi qui Clericis, vel laicis;* & nomine horum, maxime in poenalibus, non comprehenduntur Regulares; vt notat Bonac. n. 12. ex Caiet. Nauar. & aliis.

**105.** Quod autem spectat ad Regulares absoluentes ab excommunicationibus lati à Canone, aut impostis in Conciliis Provinciis, vel Synodalibus, ideoque incurredentes istam excommunicationem, rete monet Bonac. n. 16. quod licet Regulares absoluētes à casibus Bullæ Cœnæ sine licentia speciali Sedis Apostolicae

Apostolicæ incurant excommunicationem latam in ipsa bulla, sed non reseruatam ( ut probatum est in tract. de prohibit. c. 2. sect. 1. q. 9.) nec non excommunicationem Papæ reseruatam in decreto S. Congreg. à Clemente VIII. edito anno 1602. & à nobis relatō in tract. de prohibit. supr. quest. 3. si ex prætextu priuilegiorum absoluat à casibus in præfato decreto contentis, & ab iis, quos reseruant Ordinati locorum; istæ tamen excommunicationes non afficiunt solos Religiosos, sed generaliter omnes, & singulos, qui indebet absoluunt à præfatis casibus: cùm aliæ excommunicatio, quæ præfertur in præsenti Canone, & à nobis hic explicatur, sit propria ipsorum Religiosorum, non autem generalis contra omnes; vnde (inquit Bonac. num. 17.) Religiosus absoluens ab excommunicatione contracta ob duelum v.g. afficitur excommunicatione istius Clementinæ, cùm sic dicatur absoluere excommunicatum à Canone: secus, si absoluat excommunicatum ab homine per sententiam generalem, aut particularem: hæc enim excommunicatio non dicitur lata à iure, seu per Canonem, adeoque non comprehenditur sub præsenti prohibitione: cùm in materia pœnali non sit facienda extensio ultra propriam verborum significationem.

Quod si dicas hinc sequi Religiosum absoluendum ab aliquo casu contento in Bulla Cœnæ, aut supra citato decreto Clementis incurre duplicem excommunicationem, eam scilicet, quæ fertur in ista Clementina, & illam, quæ extat in Bulla Cœnæ, aut præfato decreto: cum tamen DD. communiter dicant facientes aliquem actum prohibitum sub censura à pluribus Superioribus habentibus eandem potestatem incurre vnicam censuram, eo quod illi plures Superiores moraliter reputentur tantum unus ( ut diximus c. precedent. sect. 2. q. 23.) & id ipsum in casu nostro evenire videatur, stante quod Sacra Congreg. Concilij, quoad decreta, quæ edit de speciali mandato Papæ, facit cum illo idem tribunal, & consequenter censetur esse cum eo unus, ac idem Superior.

**106.** Respondeo. Negando sequelam; adhuc enim Regularis absoluens à reseruatis in casu non concessio, vnicam incurrit excommunicationem: nimurum eam, quæ respectuè posterius lata est, videtur eam, quæ lata est in Bull. Cœnæ, si absoluat à casu contento in ipsa Bulla: vel eam, quæ continetur in decreto Clem. absoluens à casu comprehenso in dicto decreto; non secus, ac Sayr. l. 1. de Censur. c. 10. n. 11. docet deferentem arma Saracenis vnam tantum incurre excommunicationem, quamvis diuersi Pontifices in diuersis iuribus talen delationem prohibuerint sub pœna excommunicationis, hancque aliqui reseruauerint, alij non; posterior quippe voluntas, supposita potestate, reuocat, & vincit priorem; vt notat Suarez l. 6. d. leg. c. 27. n. 3. vnde & Superior prohibens aliquid de nouo sub censura (v.g. sub excommunicatione) quod aliæ item sub excommunicatione ab ipso fuerat prohibitum, vel ab alio easdem potestate fungente, hoc ipso quod imponit nouam excommunicationem censetur reuocare priorem, sicutque transgrediens prohibitionem vnicam, contrahit censuram: quod omnino evenit in casu nostro; ita Neoterici satis docti, & bene, quamvis dissentiat Bonac. supr. dicens Religiosum absoluente ab excommunicationibus latis, & reseruatis in Conciliis prouincialibus, aut synodalibus incurre excommunicationem istius Clementinæ, imo & eam, quæ fertur in decreto Clementis, si absoluat prætextu priuilegiorum, cùm hoc sit absoluere à casibus reseruatis locorum Ordinatiis, quod ibi prohibetur.

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.

Addit Bonac. n. 18. ex Sylvest. Ang. Tab. & aliis quos sequitur Suarez D. 22. de censur. sect. 4. num. 16. hanc prohibitionem non extendi ad suspensiones, & interdicta edita in Conciliis prouincialibus, aut synodalibus, adeoque Religiosum absoluente à suspensionibus, ac interdictis latis in supradictis Conciliis non affici excommunicatione præfatae Clementinæ: cùm Canon loquatur de Religiosis absoluenteribus excommunicatos à Canone, vel à sententiis latis in supradictis Conciliis, & alioqui absoluens excommunicatum non dicatur absoluere à suspensione, ac interdicto: verba autem textus formaliter accipienda sunt. Nec obstat, quod Canon absoluere loquitur de sententiis, & nomine sententiæ veniunt suspensiones, & interdicta; si quidem verbum illud a sententiis restringitur per illud aliud verbum excommunicatos, ad quod refertur. ita Bonac. sup. addens num. 22. Religiosum absoluente ab excommunicationibus non reseruatis nullatenus subiacere dispositioni istius Clementinæ: cùm in ea non prohibeat vñus legitimæ facultatis (qualis est, quod quilibet Confessarius approbatus, & consequenter etiam Regularis, possit absoluere à censuris non reseruatis, concedente id iure, & consuetudine iuxta cap. nuper de sent. excommunic.) sed usurpatæ iurisdictionis abusus, vt patet.

Cæterum, quod spectat ad absolutionem à pœna, & culpa (de qua in ista Clementina, & quæ ibi specialiter prohibetur item sub pœna excommunicationis) nomine talis absolutionis significatur, non absolutione culpe, & pœna, (id est excommunicationis,) sed concessio Indulgentiae plenariae: ita vt ex vi istorum verborum præsens prohibito solùm dirigatur contra Religiosum male usurpatæ potestatem concedendi Indulgentiam plenariam; non item contra ministrantem Sacramentum Pœnitentia, vt sic quamvis indebet: ex quo infert Suarez. num. 20. & bene, quod si Religiosus absoluat, non à tota pœna, sed à parte illius per modum Indulgentiae vnius anni v.g. non incurret hanc censuram; cùm sic non concedat Indulgentiam plenariam; quod solùm hæc prohibetur, vt constat ex textu.

Maius dubium est, an Regularis subiaceant dispositioni istius Clementinæ in casu, quo fieri conferant Extremam-Vnctionem, præbeant hostiam non consecratam, fingant dare Indulgentiam plenariam, &c. aut absoluere à peccatis

**107.** Respondeo Bonac. subiaceat; probaturque ex eo, quod concedens Indulgentiam absoluens à peccatis in casu non concessio, non potest validè hæc obire: sicutque non potest dici, quod Papa in ista Clem. intendat prohibere, vt ea validè non præstet; cum sit certum ea ab ipso validè præstari non posse: vnde Papa intendit prohibere actionem illam externam, qua quis exterius fингit absoluere, aut concedere plenariam indulgentiam; fingens vero ministrare Extremam-Vnctionem, aut Eucharistiam modo dicto vere exterius exercet illas actiones, quæ prohibentur in ista Clementina, Parochorumque iurisdictionem usurpat cum deceptione fidelium, ac periculo scandalorum ad quæ cauenda facta est talis prohibitio. ita Bonac. n. 25. & alij, à quibus dissentit Suarez. n. 25. quod ad hanc posteriori partem, sustinens ministrantem fieri Extremam-vnctionem, & Eucharistiam, fierique solemnizantes matrimonium non subiici præsenti excommunicationi, licet aliæ peccent; cùm ista excommunicatio lata sit contra Religiosum ministrantem Eucharistiam, Extremam-vnctionem, &c. & alioqui fingens ea ministrare vere non possit dici ministrare, nisi forte in casu, quo hostiam re vera consecratam

## 52 De Excom latis cont. Regul ac reseruatis.

consecratam præberet: quo casu etiam Suar. conceedit illum incursum esse excommunicationem.

**Q VÆ R E S IV.** Quandõnam Regulares incur-  
ranti excommunicationem latam in Extrauagan. Ad  
nostrum de Regular. contra eunes ultra mare, seu  
(vt loquitur textus) se transferentes ad partes ultra-  
marinas.

**117.** Respond. incurtere, quando ad dictas partes se  
transferunt sine licentia Superioris, & quidem non  
solum tacita (quæ alioqui in similibus solet suffi-  
cere iuxta regulam: *Taciti, & expressi eadem est condi-  
cio*) sed expressa, & concessa in scriptis; cum in tex-  
tu expresse dicatur. *Per ipsius literas patentes concessa*  
(quamquam aliquis posset dicere id requiri solum  
pro foro externo; vt in simili diximus in tract. de  
prohibit. cap. 6. q. 22.) siue postea concedens talem li-  
centiam sit Superior localis, siue Provincialis, siue  
Generalis: cum enim textus dicat solum absque Superioris Ordinis sui licentia, non distinguendo inter  
localem, aut aliud, videri posset sufficere etiam li-  
centia Superioris localis: si quidem, vbi ius non di-  
stinguit, nec nos distinguere debemus; quod tamen  
negat Bonac. *supr. p. 8. num. 8.* & melius, asserens per  
Superiore Ordinis intelligi antonomasticè Gene-  
ralem, aut aliud ab ipso ad id delegatum addensque  
Superiore ipsum Ordinis non subiacere isti ex-  
communicationi, si forte se transferat sine licentia  
ad partes transmarinas; siquidem textus loquitur,  
non de Superiore, sed de Religiosis subditis, vt con-  
stat in legenti textum.

Difficultas esse potest, an Religiosus afficiatur  
ista excommunicatione, si absque licentia Superio-  
ris transeat ad partes transmarinas, vbi adest multi-  
tudo fidelium.

**118.** Respond. Bonac. n. 4 non affici, si ibi extet maior  
pars fidelium, quam infidelium; nam in Extrauag.  
citata sermo est de transferentibus se ad partes trans-  
marinas, in quibus degant pauci fideles respectu in-  
fidelium, idoque non debet extendi prohibitio  
ad casum diuersum; cum à diuersis non fiat illatio,  
maxime in odiosis, quæ decet restringi.

Porrò hanc eamdem excommunicationem incur-  
rit Prælatus regularis, si Religioso subdito inexper-  
to, ac illiterato prefatam licentiam eundi ad partes  
transmarinas concedat; inò etiam in casu, quo il-  
lam concedat Religioso literato quidem, ac docto,  
sed non prouido, ac experto: textus namque tripli-  
cem conditionem requirit in eo, cui talis licentia  
concedi debet; vt scilicet sit literatus prouidus, &  
expertus, idest habens experientiam: idque copula-  
tione; cum utatur particula coniunctiva &; vt ad-  
uertit Bonac. *supr. n. 5. addens num. 9.* hac eadem ex-  
communicatione affici Religiosum subditum, qui  
sine licentia proprii Superioris ad dictas partes  
transeat sine animo inducendi quemquam in erro-  
rem, & absque periculo scandali; idque ob rationes  
allatas à Bonac. *supr. num. 9.*

Addo quòd, licet finis huius Extrangantis vi-  
deatur esse, vt impedit disseminationm errorum,  
& falsæ doctrinæ in partibus transmarinis (dicit  
enim per doctrinas suas reprobas, & erroneous fidelium  
enemies quantum in eis est, corrumpere satagant, &c.  
adéoque non videatur comprehendere Religiosos  
Laicos, quippe qui non vacant eiusmodi exercitiis,  
nihilominus puto etiam illos comprehendendi: idque  
colligo ex verbis dictæ Extrangantis, quæ ita ha-  
bet: *Vniversis & singulis Religiosis, cuiuscumque  
conditionis, religionis, ordinis, vel status existant:* hæc  
enim verba cum generalia sint, generaliter debent  
intelligi, ita vt extendatur etiam ad Religiosos lai-

cos, utpote qui reuera sunt Religiosi, sive veniunt  
sub generali nuncupatione Religiosorum; præter-  
quam quod potest eueneri hos esse ita temerarios,  
vt audeant etiam ipsi de rebus fidei differere cum  
spirituali periculo fidelium commorantium in par-  
tibus transmarinis, & consequenter etiam, quoad  
ipsos militet finis dictæ Extrangantis.

**Q VÆ R E S V.** In quibus casibus incurrant Re-  
gulares excommunicationem latam in Extrauag.  
Sanè de Simonia contra Religiosos dantes, aut re-  
cipientes aliquid ex pacto pro ingressu Religionis.

Respond. incurtere, quando, non sponte, ac purè  
liberaliter, sed ex pacto tacito, aut expresso dant,  
aut recipiunt aliquid temporale pro ingressu Reli-  
gionis, idest, pro admissione ad professionem reli-  
giosam; hic siquidem per ingressum Religionis non  
intelligitur receptio ad habitum, sed ad ipsam pro-  
fessionem religiosam, ad quam ordinatur ipsa ha-  
bitus susceptio; vnde fit, vt si quid temporale detur  
ob receptionem ad habitum, præcisè, committatur  
quidem simonia, non tamen incurrit excommuni-  
catione, donec re ipsa emittatur professio; inò nec  
incurrit, si interim factum retractetur, & pecunia,  
vel non recipiatur, vel reddatur; censura quippe  
non incurrit, nisi adfectus completus sub ea  
prohibitus, qualis certè non adesset in praesenti ca-  
su. Ita Bonac. *supr. q. 3. p. 29. n. 11. & 12.* Suar. de Cen-  
sura. *supr. sect. 5. n. 5. & seqq.* Filliuc. *tract. 45. num. 11.*  
(quamquam dicat probabilius esse hanc excommuni-  
cationem contrahi tam in receptione ad habitum;  
quam in emissione professionis, si per simoniam  
vtraque actio fiat) aliisque, qui bene notant, quòd,  
cum in citata Extrauag. dicatur, qui presumunt, ad  
contrahendam istam excommunicationem requiri-  
tur præsumptio, quæ non interuenit, vbi adest igno-  
rancia, bona fides, &c.

Dubitant hic DD. an subiaceat huic excommuni-  
cationi, qui dat aliquid temporale animo ingre-  
diendi Religionem: non tamen manifestat hunc  
suum animum superiori, aut alijs recipienti; & ratio-  
dubitandi est, quòd sic non videtur dare purè sponte,  
ac plenè liberaliter, vt requiritur in Extrauag.  
citata his verbis: *Illa dumtaxat, que persone ingre-  
dientes purè, sponte, & plenè liberaliter, omniq[ue] pa-  
tiente cessante dare, vel offerre cum gratiarum actione  
licite recepturi, &c.*

**120.** Respond. non subiaceere; patetque ex eo, quod,  
quoties punitur actus externus malus, non censetur  
puniri is, qui solum est malus per habitudinem ad  
actum internum, nisi forte id exprimatur, aut ex  
verbis dispositionis sic colligatur: quod tamen non  
euenerit in casu nostro, quo Papa mentionem facit  
de paetione, vt constat ex textu; vnde, cum in praes-  
entia actus externus non sit coniunctus cum pa-  
etione, hoc ipso censetur purus, spontaneus, ac libe-  
ralis, & per consequens non potest esse materia  
istius excommunicationis; vt aduertit Bonac. n. 3.  
ex Suar. & Alterio.

An verò afficiantur ista excommunicatione, qui  
aliquid recipiunt, aut dant pro sustentatione ingre-  
dientis Religionem, & quidem etiam ex paetione.

Respond. quòd, quamvis DD. ferè communiter  
cum S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. sustineant non  
affici, si monasterium sit intops, aut certè hic, & nunc  
indigeat, vel quia habet expletū numerum illorum,  
quos potest commodè alere, vel quia adsunt alij,  
quos expedite admittere, & nequeunt aliquid dare  
in sustentationem, vel aliis de causis: secus, si mona-  
sterium sit diues, & non indigeat; nihilominus pro-  
babile videatur, quod docent Sylvest. Sot. & Miranda  
apud

# Tract. VII. Cap. II. Sect. II. 53

apud Bonac. num. 4. Filliuc. tract. 15. num. 84. Suarez supr. num. 12. & alij : nimirum in casu praesenti non incurri excommunicationem, etiam si monasterium sit diues. Pars prima probat, quia bona Regulatium subiacent dispositioni Papae, ac proinde cum Papa disposuerit, ut ipsorum bona liberaliter, & gratis insumentur in alendis Religiosis, cap. quam pio 1. q. 2. & cap. quoniam, de Simonia, consequenter abstulit Religiosis omne ius petendi aliquid ab ingredientibus, etiam titulo sustentationis, quoties monasterij facultates ad id suspetunt. Pars secunda probatur maximè ex eo, quod in isto casu non interuenit simonia, cum tempore non recipiatur pro spirituali, (id est, pro ingressu Religionis) sed pro temporali, (id est, pro sustentatione ingredientis) quod utique verum habet, siue monasterium sit pauper, siue sit diues; cum tamen ista excommunicatione non incurritur, nisi ob Simonianum; vt colligitur ex titulo istius Extravagantis, qui inscribitur, de Simonia.

Quod si queras, quænam hoc loco prohibeantur dari ob ingressum Religionis.

117. Respond. prohiberi quodcumque temporale, siue detur ante ingressum, siue post, imò & in ipso ingressu; siue exigatur directè, siue indirectè; patet ex ista Extravag. quæ ait: *Districtius inhibemus, ne tam à maribus, quam à mulieribus volentibus ingredi eorum Religionem, Ecclesiastis, monasteriis, &c. in eamundem personarum receptione, aut ante, vel post illam, quo scilicet pastus, prandia, seu oenae, pecuniae, jocalia, aut res alias, etiam ad usum Ecclesiasticum, seu quemvis pium usum alium deputata directè, vel indirectè petere, vel exigere quoquo modo presumant, &c.* Quamquam Suarez & alij communiter apud Bonac. n. 6. censemant Moniales non affici ista excommunicatione, quantumvis exigant ab ingredientibus pastus, & prandia tradi solita: utpote, quæ traduntur non pro professione, sed pro sustentatione ingredientis, & aliarum Monialium, necnon pro solemnitate professionis, videntur permissa ex consuetudine, & non recipiuntur pro re spirituali; præterquam quod dici posset istam Extravagantem, quoad hanc partem esse abolitam (vt de facto ait Lessius lib. 2. cap. 34. n. 131.) quod tamen non approbat Bonac. loco supr. citato.

Dices, quid si Regulares nolint admittere ad professionem Nouitium, nisi cum pactione, ut per tot annos legit Philosophiam, aut Theologiam, vel concionetur, vel regat monasteria Ordinis, &c. incurreretur in isto casu excommunicatio?

118. Respond. quod, cum simus in odiosis, quæ debent restringi, & in praesenti Extravag. modo supradicto non prohibeantur dari, aut recipi ob ingressum Religionis actus hominis (cuiusmodi sunt ij, qui hic recensentur) sed res ipsæ, ut constat ex verbis illis, aut res alias, quæ ex ipsa Extravagant, retulimus §. preced. in praesenti casu puto, quod non incurreretur excommunicatio, cum sic vere non concurrat actus perfectus, & consummatus, qui ad talim censuram incurreret in lege requiritur.

119. Secus puto dicendum in casu, quo ob ingressum Religionis ex pacto exigeretur, & daretur monasterio mutuum pecuniarium, aliquod commodatum, aut depositum: sic enim dautes, & recipientes incurrit istam excommunicationem. Dicor ex eo, quod interpretatio legis sèpè sumitur ex fine ipsius legis, & iuxta hunc debet restringi, aut ampliari: cum lex à voluntate legislatoris recipiat vites; finis autem istius Extravagantis prohibentis, ne quidquam temporale detur, aut recipiatur ob ingressum Religionis, est, ne alioqui fideles expensarum onere à sacra Religionis proposito retrahantur, ut aperte colligi-

tur ex ipsa Extravag. qui finis utique militat etiam in casu nostro, quoad dationem mutui, commodati, aut depositi: cum non omnibus iis, qui alias ingressuri sunt Religionem, suppetat copia mutuandi, aut commodandi monasterio, in quod petunt admitti, sive ex tali defectu à sacra Religionis proposito retrahi possint; unde, cum huic malo intendat consulere ista Extravagant, sequitur eam habere locum etiam in praesenti casu, quo ex pacto detur mutuum, aut commodatum, aut depositum ob ingressum Religionis, quod erat probandum.

120. Ingrediens certè Religionem non incurrit istam excommunicationem, et si ex pacto petat, aut recipiat aliquid à monasterio ad effectum ingrediendi, licet alias committat simoniam. ita Filliuc. tract. 45. cap. 13. num. 11. & probatur, quia ista Extravag. imponit excommunicationem solùm in casu, quo pecunia exigatur, aut detur à volentibus ingredi; non item, quando datur ingredienti, seu volenti ingredi: siquidem dicitur in praefata Extravag. *Districtius inhibemus, ne tam à maribus, quam à mulieribus volentibus ingredi eorum Religionem:* à diuersis autem non sit illatio.

121. Præterea non incurritur ista excommunicatione, neque in casu, quo datur aliquid temporale vere pro ingressu Religionis, sed ab alio recipitur bona fide, & absque tali intentione: neque in casu, quo & datur, & recipitur temporale pro ingressu Religionis, sed nullo interueniente pacto: siquidem hic prohibentur solùm datio, & receptio facta ex pacto, (ut aduertit Suarez supr. num. 7. ex Caiet, & Armilla,) qualis datio, & acceptio non intercedit in praesenti casu.

122. Illud denique aduertendum est, quod, sicut personæ recipientes pro ingressu Religionis aliquid temporale, incurrit excommunicationem latam in ista Extravag. & reseruaram Papæ, sicut sunt Superiores monasterij, siue inferiores: de his enim omnibus generaliter intelligi debet ista Extravag. cum generaliter loquatur, ut constat ex textu; ita si recipientes fuerint, non singulares personæ, sed Capitulum, aut Conuentus, contrahunt suspensionem ipso facto & reseruaram Papæ: siue ista sit suspensiō ab officio, ac beneficio simul, ut vult Bonac. n. 9, id colligens ex eo quod suspensiō generaliter (qualis est suspensiō ista) est totalis, adeoque suspendit, tum ab officio, tum à beneficio (ut cap. seq. dicemus) siue sit suspensiō solùm ab omni actu, seu officio capitulari, & communi requirente iurisdictionem, aut administrationem Ecclesiasticam; ut sentiunt Suar. Alter, & Filliuc. penes eundem Bonac. loco supr. cit. & meo iudicio probabilitus; stante quod Capitulum in communi non est capax alterius suspensionis, & alioqui talis suspensiō comprehenditur sub absolute sententia suspensionis.

Dices, quid si quis det temporale, aut accipiat, non pro ingressu Religionis, sed ut obtineat, aut ferat suffragium pro ipso ingressu, incurritne is excommunicationem ipsius Extravagantis.

123. Respond. incurtere, cum in dicta Extravag. prohibeat datio, hic receptio pro ingressu Religionis, etiam indirecta; qualis interuenit in praesenti casu, ut patet: Idemque proportionaliter dicendum videtur in casu, quo admittentes ad ingressum Religionis aliquid ex pacto recipient ab aliquo tertio, (v. g. à consanguineis illius, qui admittitur:) hoc enim est recipere ab ingredients, sin mihi directe, saltem indirecte (quod etiam prohibetur in cit. Extravag.) præterquam quod respectu talis receptionis vere militat finis dictæ Extravagantis: cum sic con-

## 54 De Excom.latis cont.Regul.ac reseruatis.

tingere possit, vt non pauci retrahantur à proposito Sacrae Religionis, eo quod non habeant, qui pro ipsorum ingressu det monasterio: vbi autem militat eadem ratio, militat, & eadem iuris dispositio.

**Quæres V. I.** quid requiratur ad hoc vt Regulares incurvant excommunicationem latam in Extrauag.viam ambitiose Regular. contra Religiosos Mendicantes transeuntes ad Ordines non Mendicantes.

**124.** Respond. requiri, vt ab Ordine Mendicanti ad Ordinem non mendicantem transeant absque speciali licentia Sedis Apostolice, & quidem prætextu priuilegij; vnde fit, vt Religiosus Ordinis Mendicantis non incurrat istam excommunicationem, si sine dicta licentia prætextu priuilegij transeat ad alium Ordinem Mendicantem, nisi forte in illo Ordine extet priuilegium prohibens etiam talem transitum; quale de facto habent nonnulli Ordines, vt videtur est apud Bonac. de Clauſura q.2.p.9.§.5. diff.2. & inter eos etiam Soc. Iesu ex concessione Pij V. in bulla, quæ incipit *equum reputauimus*; patet responsio ex cit. cap. viam ambitiose, quod ita habet: *Nullus Religiosus ordinum Mendicantium quorūcumque, cuiuscunq; gradus, status conditionis, vel religionis existat, quātūcumque, & qualitercumque possit, & debeat virtute cuiuscunq; licentia, etiam indulti Apostolici, &c. admitti, aut recipi per aliquos etiam Superiores Ordinis, seu Monastery, aut loci Monastici, seu alias in Monachum, vel in Fratrem alicuius ex Ordinibus Monasticis supradictis (idest S. Benedicti Cisterciensis, Camaldulensis, Vallis umbrosæ, Canonicorum Regulare S. Augustini, vel aliorum Monasticorum Ordinum) vel alijs expressis, Ordine Carthusiensium dunitaxat excepto, sub pena excommunicationis, quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incurront.*

**125.** Quod autem additur in eadem Extrauag. In futuris nullus ex professoribus alicuius ex Ordinibus, Mendicantium huiusmodi in aliquem Ordinum Carthusiensium dunitaxat excepto, possit, aut debeat per quemcumque recipi, vel admitti virtute alicuius licentie, vel indulti absque Sedis huiusmodi (idest Apostolicae) licentia speciali sub dictis penis; ita interpretatur Suarez supr. D. 22. sect. 5. num. 18. vt licentia supradicta non possit dici specialis, nisi in eius concessione nominetur persona, cui illa conceditur, immo & Religio, à qua faciendus est transitus: quod tamen improbat Bonac. supr. n. 15. & non improbabiliter, sustinens licentiam in re præsenti dici posse specialem, etiamsi non nominetur in particulari persona, cui conceditur: dummodo nominetur sub ratione communii Mendicantium, expressa Religione non Mendicanti, ad quam conceditur transitus, si minus in specie, saltem sub ratione communii non Mendicantium modo supradicto; sic quippe videtur subsistere specialitas licentiae, qualis requiritur in ista Extrauag. vt vel hinc patet, quod Papa posset concedere licentiam toti alicui Ordini Mendicanti transeundi ad Ordinem S. Benedicti, aut alium Monasticum, nullo Religioso illius in particulari expresso, & tamen illa concessio esset valida; cum aliud sit licentia specialis, & aliud expressio personæ particularis.

**126.** Illud vero, quod diximus absque speciali Sedis Apostolicae licentia non posse Religiosum Mendicantem transeire ad Ordinem non Mendicantem; quoad Religiosos Societ. Iesu non habet locum: cum, teste Sanch. l.6. in Decal. cap. 7. n. 71. Præpositus generalis illius possit se solo concedere licentiam Religiosis Societ. sive professis, sive non professis, vt transeant ad alium etiam Ordinem, præterquam Carthusiensium, vt concessere Paulus III. Pius I V. Pius V. &

Greg. XIII. in suis literis Apostolicis, & habetur in compendio Soc. ver. Apostata, n. 9. Quin etiam per priuilegium à Paulo V. concessum Carmelitis Discalceatis 3. April. 1610. (quo gaudet Societas Iesu iuxta concessionem illi factam à Pio V.) nullus è Societate transire potest ad Carthusiam sub pena excommunicationis ipso facto incurrienda, nisi petita, & obtenta licentia à Superioribus; quam licentiam sibi Generalis reseruauit, sicut & facultatem dandi licentiam suis subditis transeundi ad quemcumque alium Ordinem, etiam non Mendicantem; quæ facultas verè magna est, & ampla, sed non communis aliis Ordinibus, quantumuis communicantibus de priuilegiis Societatis: siquidem Greg. XIII. in Constitutione *Cum alias* declarauit alias Religiones, neque per viam communicationis posse illa vti; vt notant Suar. ubi supr. & Sanch. num. 31.

Addo quod, quamvis alij Religiosi licite possint transire ad Carthusiam non semel, sed iterum, & iterum, cum nullo id iure interdicatur, aut indulto ipsis concessu: in Societate tamen non nisi semel talis transitus est licitus: idque ex concessione Pij V. viuæ vocis oraculo facta, & relata in Comp. Soc. supr. n. 11. videlicet, quod si quis è Soc. ad Carthusiam transire velle, tres ei menses ad transitum præscribantur, intra quos, si non ingrediatur, aut non admittatur, aut non perseveret, teneatur redire, nec ei amplius licet transire ad Carthusiam absque Generalis consensu sub pena excommunicationis latæ, & censuratum, ac pœnarum, quas Apostatae incurunt, quarum absolutio reseruatur Papæ, vel Generali Societatis: quod postea Greg. XIII. confirmauit, ac denud concessit per Breue, quod incipit *Exponi nobis*, interdicens usum talis concessionis omnibus aliis Mendicantibus, qui sua priuilegia cum ipsa Societate participant.

Monet porro Suar. num. 16. dispositionem istius Extrauagantis extendi ad Religiosos etiam illorum Ordinum, qui post editionem illius Apostolica autoritate adscripti sunt in numerum Mendicantium; ut est Soc. Iesu iuxta declarationem Pij V. anni 1571. neconon ad omnes veros Religiosos, sive professos, sive non professos (cuiusmodi sunt in Societate, qui post biennium vota simplicia emiserunt.) Ratio est, quod lex semper loquitur, & omnes successores afficit; & si loquitur generaliter de Religiosis (quo modo loquitur præsens Extrauagans) ligat omnes Religiosos, adeoque etiam illos, qui sunt tales per vota simplicia, cum & hi verè, ac simpliciter sint Religiosi.

Dubium modò est, an Religiosus Ordinis Mendicantis legitimè electus ab Ordine, & habitu priuatissimo speciali Sedis Apostolica facultate possit transire ad quemcumque Ordinem Monasticum.

Respond. quod, cum hac in re dissentiant DD: & eorum alij partem sustineant negantem cum Suar. n. 20. & Filliuc. tr. 15. n. 191. ea ducti ratione, quod Religiosus electus manet subditus sui Ordinis, adeoque si reuocetur, tenetur ad eum redire: alij vero partem affirmantem sequantur cum S. Anton. 3. p. tit. 16. c. 4. §. 4. in fine, & aliis, eo quod Religiosus electus non debeat cogi manere in saeculo; mihi probabilius videtur distinguendum esse cum Bonac. n. 9. vel Religiosus est electus in perpetuum; & sic sustinenda est pars affirmans, tum ob rationem allatam à S. Antonino, tu quia sic saluatur finis præsentis Extrauag. qui est consulere conservationi Ordinum Mendicantium: siquidem, cum Ordo, à quo eiicitur Religiosus in perpetuum, non sit eum amplius repetitur, nullum ipse Ordo Mendicans patitur detrimentum;

rum; vel est electus solum ad tempus; & sic amplectenda est pars negans ob rationem adductam ex Suarez,

130. Dubitari præterea posset, num receptio, & admis-  
sio Religiosi Mendicantis ad Ordinem non Mendicantem, seu Monasticum, si non licita, saltem sit val-  
ida; verum tollit dubitationem ipsam textus istius Extrauag. qui cum dicat: *Nihilominus secus facta non teneant ipso iure*: aperte indicat talem admissionem esse illicitam, & inualidam.

131. Posto istam excommunicationem non incurunt solum Religiosi, qui ab Ordine Mendicanti transiunt ad non Mendicantem sine speciali licentia Sedi Apostolicae modo supradicto: sed etiam ij, qui prætextu priuilegiorum sine prefata licentia eos admittunt, ac recipiunt; sive sint Prælati, sive inferiores (vt si capitulariter fiat receptio: quo casu af-  
ficerentur ista excommunicatione non omnes è Capitulo, sed ij solum, qui per suum suffragium con-  
fessissent in eam admissionem:) sive ad id habeant potestatem ordinariam, sive delegatam: hi enim omnes incurunt istam excommunicationem, vt pote  
qui re vera admittunt Religiosum Mendicantem ad Ordinem non mendicantem sine licentia Papæ: quod in ista Extrauag. est prohibitum sub pena ex-  
communicationis referuate ipsimet Papæ; quamquam, vt notauit Suar. num. 21. ex concessione bullata Pij I V. & Pij V. relata in bullar. Societ. possint Superiores eiusdem Societatis, etiam locales à tali ex-  
communicatione absoluere, & quidem non solum Religiosum indebet transeuntem ad alium Ordinem non Mendicantem, sed etiam illum recipientes, quæ concessio utique videtur communis aliis Ordinibus participantibus de priuilegiis Societatis.

128. Grauior dubitatio est, vtrum sufficiat ad contra-  
hendam istam excommunicationem, quod Religiosus Ordinis Mendicantis admittatur ad nouitiatum in Ordine non mendicanti, an verò requiratur, quod admittatur ad professionem, in quo videtur consti-  
stere vera, & simpliciter dicta admis-  
sio.

132. Respond. videtur sufficere, quod admittatur ad Nouitiatum: & probatur, tum quia etiam pet hoc veri-  
ficatur Religiosum mendicantem transire ad Ordinem non mendicantem (quod prohibetur in ista Extrauag.) tum quia alias minus consultum fuisset bono Ordinum mendicantium, cui in priuis inten-  
dit Papa hinc prospicere: tum quia in ista Extrauag. inferius dicitur. *Si quis haecenius virtute cuiusvis licen-  
tia, seu mandati huiusmodi fuisset receptus ad aliquem Monasticum Ordinem (loquitur de Mendicantibus)*, & habitum consuetum gestare per Monachos talis Ordinis suscepisse sive professionem emiserit, sive non, sub dicta pena teneatur &c. quod est signum in ista Extrauag. sumi pro eodem, recipi ad monasticum Ordinem, ac admitti ad Nouitiatum: alias enim si recipi ad monasticum Ordinem someretur hinc, prout sonat recipi ad professionem, non adderet textus sive profes-  
sionem emiserit, sive non; vnde in probationem huius assertio-  
nis sic arguo: Ista excommunicatione afficit, tam eos, qui indebet recipiuntur ab Ordine mendicanti in Ordinem non mendicantem: quam eos, qui recipiunt, sed recipi in ordinem non mendicantem idem est, ac admitti ad Nouitiatum in Ordine non men-  
dicanti peragendum; ergo hoc ipso, quod Religiosus Ordinis mendicantis admittitur, seu recipitur in Ordinem non mendicantem sine debita licentia, eo ipso incurritur ista excommunicatione, tum à recepto, tum à recipiente; quod erat probandum.

133. Neque ex eo, quod in ista Extrauag. dicitur: *Nul-  
lus ex professoribus alicuius ex Ordinibus Mendicanti-*

*bus huiusmodi in aliquem Monasticum Ordinem, Car-  
thusiensum dumtaxat excepto, possit, aut debeat per  
quemcumque recipi, vel admitti &c.* (quo modo vide-  
tur prohiberi solum receptio, seu admis-  
sio in monasticum Ordinem, non autem transitus) sequitur Re-  
ligiosum indebet transeuntem ab Ordine mendicanti ad non mendicantem immunem esse ab ha-  
c excommunicatione; si quidem una pars dispositionis  
aliam explicat, adeoque cum verba modò allegata  
relationem habeant ad præcedentia, & in præceden-  
tibus sit sermo non solum de recipientibus, sed etiam  
de receptis: (vt constat ex illis verbis, quæ in hac ip-  
sa Extrauag. habentur. Sub pena excommunicationis,  
quam tam recipientes, quam recepti ipso facto incur-  
rant:) consequens est, quod istam excommunicatio-  
nem incurrit non solum recipientes, sed etiam re-  
cepti. ita Bonac. supr. num. 11. addens num. 10. ex Less.  
& Santarel. istam Extrauagantem vsl receptam non  
fuisse, quoad licentiam Sedi Apostolicae, aut saltem  
intelligendam esse solum, dum quis transit ad Reli-  
gionem laxiorem absque iusta causa.

Denique, quod diximus iure communi concessum  
esse Religiosis mendicantibus transire ad Carthusianos  
absque speciali licentia Sedi Apostolicae fallit,  
quoad Clericos Regulares Congreg. ministrantium  
infirmis: idque ex decreto Pauli V. qui per Bullam  
specialem relatam in Bullar. tom. 3. bull. 20. Pauli V.,  
id ipsis in specie prohibuit, vt constabit legenti bul-  
lam. Et quidem cum ista prohibitio sit fauorabilis  
Religionibus, quamvis odiosa Religiosis in particu-  
lari iuxta alibi dicta, puto probabile esse, quod ea  
sit communis etiam aliis Ordinibus, qui participant  
de priuilegiis præfatae Congregationis.

QVÆRES VII. Quid requiratur ad hoc, vt  
Religiosi incurrit excommunicationem, teste S. An-  
ton. 3. part. tit. 24. cap. 70. latam contra detinentes  
in suis monasteriis Apostatas Ordinis Fratrum Præ-  
dicatorum.

134. Resp. quod, cum detinere iuxta Suar. supr. D. 13,  
lett. 4. num. 41. & Filliuc. tr. 14. num. 63. in rigore si-  
gnificet concursum aliquem posituum, aut influ-  
xum, sive rogando, sive consulendo, sive defendendo  
sua auctoritate, & fauore, & multo magis aliqua vio-  
lentia; Religiosi non incurrent istam excommuni-  
cationem ex eo præcisè, quod dictos Apostatas non  
expellant à monasterio (nisi forte ex officio adhuc  
teneantur, & ob ipsorum negligentiam præfati Apo-  
statæ in monasterio detineantur) neque ex eo, quod  
ipfos in monasterio commorantes alloquantur, iis  
inseruant, cum iis agant; sed requicuntur, vt ex co-  
rum auctoritate illi in monasterio detineantur; vnde  
fit, vt hac excommunicatione non videantur affici,  
nisi Superiores monasterij, aut aliis ratione mune-  
ris, ac officijs habens aliquam auctoritatem in monas-  
terio: quales essent Consultores, aut Vocales, aut Di-  
screti monasterij, imò & linguli Religiosi Capitula-  
res in casu, quo vi Capituli statueretur dictos Apo-  
statas detinendos esse in monasterio. Colligitur ma-  
gna ex parte ex Bonac. de censur. in part. D. 2. q. 9. p. 3.  
quamvis quest. 2. part. 32. n. 6. in eo dissentiat, quod  
putat in casu non dissimili eum dici retinere, qui  
alium præcisè permitit alicubi commotari, quod  
est concurrere solum negatiuē.

Monet autem Premulus in suo memoriali cap. 3. de  
excommun. num. 6. istam excommunicationem incur-  
ri à Religiosis etiam in casu, quo modo supradicto  
detineant Apostatas aliorum Ordinum habentium  
communicationem priuilegiorum cum FF. Domini-  
canis; cum hoc sit fauorabile Religionibus, adeoque  
venit sub generali communicatione priuilegio-

## 56 De Excom.latis cont Regul.ac reseruatis.

rum, licet alias sit odiosum, quoad Religiosos, in particulari.

QVÆRES VIII. Quo casu Regulares incur-  
rant excommunicationem à Pio V. in Constitut. Ac-  
quon repuramus relata in bullar. Soc. pag. 90. latam  
contra Religiosos cuiuscumque Ordinis recipientes  
Iesuitas sine licentia proprij Superioris (id est Iesuita-  
rum) exceptis tamen Carthusianis.

136. Respond. iucurrere hoc ipso, quod eos admittunt  
sine debita licentia ad habitum proprij Ordinis, ac  
Nouitiatum ibi peragendum: idque ob dicta quest. 6.  
§. grauior dubitatio imò etiamsi solum, quoad hoc  
eis præstent auxilium, consilium, fauorem: id enim  
in terminis prohibetur sub eadem pena à Pio V. in  
bullo citata; vt notauit etiam Bonac. supr. part. 2. n. 2.  
monens ex ipsa bulla absolutionem istius excom-  
municationis ita reseruari Papæ, vt tamen Superior  
Societatis (intellige, etiam localis) ab ea possit ab-  
soluere.

137. Addo ego, quod, cum iuxta dicta quest. 6. §. illud  
vero per viam communicationis Religiosi Societ.  
modò, non possint, nisi obtenta à Superioribus li-  
centia transire ad Carthusiam; si forte PP. Carthusi-  
ani in præsentia recipient aliquem è Societate, sive  
Professum, sive Scholarem, sive Coadiutorem abs-  
que præfara licentia, istam contrahent excommuni-  
cationem; cum sic re vera recipient Religiosum So-  
cietatis ad suum Ordinem sine debita licentia; quod  
est interdictum à Pio V. Religiosis cuiuscumque Or-  
dinis sub pena excommunicationis (quam item in-  
currunt ipsi Iesuitæ, qui modò dictum alium Ordinum  
ingrediuntur, vt constat ex tenore ipsiusmet  
bullæ;) certum est autem sub Religiosis cuiuscum-  
que Ordinis comprehedi Carthusianos, cum ea no-  
ta sit vniuersalis, & consequenter includat omnes  
veros Religiosos.

Dices, quid si Religiosus alterius Ordinis Reli-  
giose Societatis det consilium, auxilium, aut fauore  
ad ingrediendum proprium Ordinem, is tamen re ve-  
ra non ingrediatur, incurritne ille præsentem ex-  
communicationem?

138. Respond. non iucurrere; & probatur, quia iuxta  
communem DD. sententiam (vt videre est apud Bo-  
nac. supr. D. 1. quest. 17. part. 1. num. 38.) hoc est pro-  
prium actionis accessoriæ (quales sunt, quæ hic ad-  
ducuntur vt ad censuram incurreda illa se sola non  
sufficiat, nisi adsit actio principalis, cuius intuitu  
prohibetur actio accessoria, & in casu nostro ingre-  
sus alieni Ordinis factus sine debita licentia.

QVÆRES IX. Quando iucurratur excom-  
municatio lata teste S. Anronino supr. contra Mi-  
ores, ac Eremitanos recipientes ad suum Ordinem  
Frates Ordinis Prædicatorum.

139. Respond. iucurrere hoc ipso, quod sine licentia  
Papæ, aut Superiorum illius, qui recipiendus est,  
admittitur ad Ordinem, videlicet ad nouitiatum in  
eo peragendum: pater ex dictis quest. 6. §. grauior du-  
bitatio, si hic monero quod, cum ista concessio  
non sit favorabilis, sed odiosa aliis Religionis, quo-  
ad incurrandam illam censuram; ea non communi-  
carur illis per participationem priuilegiorum; licet alio-  
qui iis communicetur, quatenus continet fauorem,  
id est quatenus bonum est Religionibus, vt earum  
subditæ non admittantur absque debita licentia in  
alienum Ordinem; vnde sit, vt si Religiosi Carmelita-  
tæ v.g. modo dicto recipient in suum Ordinem Fra-  
trem aliquem Ordinis Prædicatorum, non subdia-  
ceant isti excommunicationi: & tamen, si Fratres  
Miores, aut Eremitani Fratrem Carmelitam inde-  
bitè recipient, istam iucurrent excommunicatio-

nem, sub generali etenim communicatione priuile-  
gorum, quo inuicem gaudent Ordines Religiosi,  
non veniunt odia, sed fauores; vt dictum est in tract.  
de priuileg. cap. 1. sect. 3. quest. 12.

Notat autem Suar. num. 17. huic excommunicatio-  
ni subiacere Religiosos non transeuntes, sed recipien-  
tes (de his enim tantum in ea fit mentio) addit-  
que in indulto Clementis V. qui eam tulit, nullam  
fieri mentionem reseruationis; cum tamen Filluc.  
tract. 15. num. 197. Premul. supr. num. 7. Bonac. D. 2. q. 9.  
part. 3. illam recenseant inter excommunications  
reseruatas; vnde, si quis in hoc vellet sustinere opi-  
nionem Suarez, simpliciter non esset condemnāns:  
cum in dubio non præsumatur reseruatio, & quoad  
reseruationem huius excommunicationis DD. non  
consentiant, adeoque dubia dici possit.

QVÆRES X. Quid requireretur, ad hoc vt  
Religiosi Ordinis Humiliatorum iucurrent ex-  
communicationem à Pio V. latam in bullam Quem-  
admodum, quæ est in ordine 119. contra dictos Re-  
ligiosos admittentes aliquem ad habitum, aut pro-  
fessionem.

141. Respond. requiri, & sufficere, vt admitterent, vel ad  
habitum, vel ad professionem; disiunctiè siquidem  
loquitur Papa; ac proinde puto, quod si vnum ac  
eundem Religiosum admisissent ad habitum, & po-  
ste à debito tempore ad professionem, bis contraxis-  
sent istam excommunicationem: quippe quibus sub  
eadem censura prohibebatur utraque admissio, &  
quidem disiunctiè, non copulatiè. Quamquam,  
cum Bulla loquatur de admissione ad habitum,  
non autem de admissione ad Ordinem, vt sic; pro-  
babile videtur ad contrahendam istam excom-  
municationem non sufficere, quod aliquem simpli-  
citer admitterent ad Ordinem (quod Itali vocant  
accettare per la Religione,) sed præterea opus fuisse, vt  
illum reciperent ad habitum, aut certè ad profes-  
sionem, & hæc de ista excommunicatione, quæ cum  
esset propria illius Ordinis, & ille iam extinctus sit;  
etiam præsens excommunicatione abolita est defectu  
materiæ, & personarum, vt notauit Filluc. supr. sic  
que non est opus, vt in eius expositione diutius im-  
moretur.

QVÆRES XI. Quo modo Fratres Minores  
iucurrent excommunicationem à Clemente V. cap-  
cum ex eo Clem. de sentent. excommunic. latam contra  
ipsos casu, quo, tempore Interdicti admittent Fra-  
tres, aut Sorores terrij Ordinis ad audienda diuina  
Officia.

142. Respond. ex vi istius Clementinæ iucurrent, quo-  
tiescumque tempore Interdicti in propriis Ecclesiis  
Tertiarios, & Tertiarias admitterent (quo modo  
id facerent) ad diuina Officia, nempe ad Missam,  
horas canonicas, quæ recitantur in Choro, oratio-  
nen publicam, benedictionem solemnem palma-  
rum, aliasque similes ceremonias, quæ solemniter  
fiunt ex institutione Christi, au Ecclesiæ, vel quæ  
sunt propriæ alicuius ordinis clericalis, cuiusmodi  
est cantus solemnis Epistolæ, aut Euangelij; hæc  
enim omnia veniunt nomine diuinorum Officio-  
rum. ita Bonac. sup. p. 6. monens nu. 7. quod, cum dispo-  
sitio istius Clementinæ non sit fauor, & priuilegium,  
sed odium, & pena; istam excommunicationem non  
contrahunt Religiosi aliorum Ordinum participan-  
tes de priuilegiis Minorum, si tempore Interdicti in  
propriis Ecclesiis ad diuina Officia suos Tertiarios,  
ac Tertiarias admittant; cum odia, & penæ non ve-  
niunt sub generali communicatione priuilegiorum,  
vt alibi non semel diximus.

143. Dixi sub initium responsionis, ex vi istius Clementinæ

# Tract VII. Cap. II. Sect. II.

57

140. tine, ut indicaré etiam Fratres Minores in præsentia posse admittere ad Officia diuina suos Tertiarios, ac Tertiarias ex indulto bullato, quod, teste Casatub, in Comp. v. interdictum 3. n. 7. concessit illis Sixtus IV. ad talem effectum, & nos ipsi retulimus in tract. de priuile. c. 5. sect. 2. quest. 25. §. quod si queras; ut proinde præfens excommunicatione iam sit abolita, etiam quoad ipsos Fratres Minores.

Quæres XII. In quibus casibus Regulares contrahant excommunicationem à Paulo V. in bulla Romanus Pontifex edita 1606. latam contra Superiorum Ordinum religiosorum, non denunciantes suos Religiosos hæreticos, aut de hæresi suspectos.

144. Respond. incurtere, si sint prælati Religionis habentes iurisdictionem (sive sint locales, sive Generales, sive Prouinciales) & non denuncient Religiosos subditos professos hæreticos, aut de hæresi suspectos (quales essent, qui pœnitentem ad turpia solicitarent in confessione) Inquisitoribus, aut Ordinariis locorum vicinioribus. Colligitur ex citata Constitut. Pauli V. circa cuius intelligentiam aduerit Bonac. in supr. D. 2. quest. 9. part. 7. quod, quamuis Prælatus regularis non afficiarur ista excommunicatione ex eo præcisè quod non denunciet Nouitium sibi subditum hæreticum, aut de hæresi suspectum; cum bulla loquatur solum de Professis, qualis non est Nouitius; nihilominus in tali casu dictam excommunicationem incurret ex alio capite, si videlicet quoquo modo impedire, vel retardare audeat, vel præsumat alium Religiosum volentem denunciare dictum Nouitium; cuius rei ea est ratio, quod in hac Constitut. excommunicantur Generales, & alijs Prælati non obedientes ipsi Constitutioni: in ea quippe dicitur, quod si Generales, aliquæ predicti presentibus literis non paruerint, eos omnes &c. Prælatus autem non censetur patere presentibus literis hoc ipso, quod præsumit impedire denunciationem, quam alter Religiosus est facturus: nam in his literis præscribitur in specie, ut Religiosi denuncient huiusmodi delinquentes, nempe omnes etiam Ordinum in huiusmodi professos de hæresi suspectos, & à Superioribus non impedianter: ergo hoc ipso quod Prælatus regulatis impedit, ne ab alio Religioso Nouitius modo dicto denuncietur, subiacet præsenti excommunicationi: quod erat probandum.

145. Vbi noto quod, licet in ista Constitut. expressè præcipiatur non solum Prælati regularibus, vt denuncient Religiosos professos sibi subditos de hæresi suspectos, sed etiam aliis Regularibus eiusdem Ordinis, aut monasterij respectiue (vt videre est in §. 3. dictæ Constitut.) ij tamen non eodem modo obligantur; nam Prælati tenentur denunciare sub pœna præsentis excommunicationis; non item subditis; vt hinc patet, quod vbi præcipitur Religiosis inferioribus talis denuntiatio, nulla sit mentio censuræ: vbi vero hæc eadem præcipitur Prælati regularibus, hæc verba adduntur. Quod si generales aliquæ predicti presentibus literis non paruerint, eos omnes priuationis quaruncunque dignatum, seu prelaturarum, vel officiorum suorum Ordinum, ac vocis altiue, & passiue, perpetuaeque inhabilitatis ad eosdem, nec non contra fautores hereticorum, & impeditores officijs statutas, & infictis penias, aliasque censuras Ecclesiasticas, etiam excommunicationis maioris latæ sententiae &c. quod est signum istam excommunicationem extendi solum ad Prælatos (& quidem respectu priorum subditorum) non autem ad Religiosos inferiores, vt in terminis notat Bonac. num. 6.

146. Dixi, & quidem respectu priorum subditorum, quia non puto Prælatum unius Monasterij teneri sub pœ-

na istius excommunicationis denunciare Religiosum professum alterius Monasterij; si quidem, cum iij obligentur ad faciendam huiusmodi denunciationem, quatenus sunt Prælati, (ut colligitur ex ipso textu) & quoad subditos alieni Monasterij se habeat, tanquam inferiores, non tanquam Prælati; sequitur eos non teneri denunciare sub pœna istius censuræ, nisi proprios subditos; idque ex regule generali, quod pœne non debent ampliari, neque extendi ad casus non expressos. Quæ doctrina popositionaliter applicanda est Generalibus, & Provincialibus; eos scilicet teneri sub pœna dictæ censuræ denunciare proprios subditos respectiue, nimis Generales, quoscumque Professos ex Ordine, cui præsunt, & Provinciales, omnes Professos, qui sunt ex prouincia ipsis commendata; isti enim verè sunt Prælati, quoad proprios subditos respectiue Generales, quoad omnes, & singulos Religiosos Ordinis, & Provinciales, quoad omnes Religiosos suæ prouinciarum. Quin etiam Prælati locales, imò & Provinciales tenentur denunciare Religiosos professos Ordinis suspectos de hæresi, eti si sint alterius Monasterij, aut Provincialium, non quidem, vt Prælati, sed vt inferiores, quos §. precedenti diximus, item obligari ad denunciandum, quamvis non sub pœna excommunicationis.

147. Additum quod, cum in §. 3. huius Constitutionis dicitur Volentes, & mandantes, ut ipsi Religiosi possint, & debeant omnes etiam Ordinum huiusmodi professores de hæresi suspectos Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus libere denunciare: vi huius bullæ iuxta aliquos tenentur Regularis non solum denunciare Religiosos proprij Ordinis, sed etiam quoscumque alios Religiosos aliorum Ordinum, imò & omnes laicos; id colligentes ex clausula etiam, quæ cum sit ampliatiua, & particula Omnis sit vniuersalis, facie hunc sensum: quod Religiosi debent denunciare omnos hæreticos, aut de hæresi suspectos, sive Laicos, sive Regularis, imò etiā Religiosos proprij Ordinis; Quod tamen negant alij Recentiores doctissimi sustinentes vi huius Constitutionis Regularis teneri solum denunciare Religiosos sui Ordinis, etiam professores (id est Magistros, ac Lectores, qui veniunt nomine Professorum:) ita vt clausula etiam, quæ est ampliatiua, comprehendat non solum professores, id est magistros (qui maiori aliqua ratione exprimendi erant, ut noscent Religiosi etiam illos debere denunciari, non obstante reuerentia debita gradui magisterij ipsis competente) sed etiam non professores, id est Religiosos magisterij gradu carentes: quo modo corruit ratio allata pro opposita sententia, vt consideranti facile constabit.

Dixi vi huius Constitutionis, vt indicarem adhuc videndum esse, an ad id aliunde teneantur; nimis ex generali subiectione, quam Regularis habent Inquisitoribus; sed de hoc in tract. de priuilegijs.

Quærit hic Bonac. num. 7. an Prælatus regularis euicit istam excommunicationem, si Religiosum subditum modò dicto denunciet per eum, à quo audiuit illum Religiosum esse hæreticum, seu suspectum de hæresi.

Respond. euitare; cum sic satisfaciat fini, ac intentioni legis, & alias denuntiatio Superioris non sit paritura maiorem notitiam; vt suppono.

Difficilior quæstio est, an Prælatus, antequam denuntiet Religiosum hæreticum, aut suspectum de hæresi, teneatur præmittere correptionem fraternam.

148. Respond. regin. tib. 24. num. 52. in simili quod, licet non sint damnandi Inquisitores fidei præcipientes,

149.

## 58 De Excom.latis cont.Regul.ac reseruatis.

vt statim, nulla correptione præmissa, denuntietur is, quem constat esse hæreticum, eo quod in criminе hæresis ordinatiè nulla est spes emendationis; non est tamen negandum, quod si firmiter existimet quis per secretam admonitionem se conuersum hæreticum, ac impeditur omnia mala, quæ ab eo timeri possunt, ipse debeat vti præmonitione. ita Reginald. in terminis terminantibus, à quo non dissentunt Ioan. de la Cruz Dominicanus in direct. part. 1. præc. 5. q. 2. d. 5. & Fagund. part. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. Ioan. quidem de la Cruz, dum ait: *Mulier solicitata in confessione non absoluatur, dum non denuntiat Inquisitoribus solicitantem: nisi esset spes, quod iste secreta correctus emendabitur: quæ spes potest colligi ex qualitate corridentis, & ex conditione corrigendi, &c.* Fagund. verò dum ait: *Antequam fiat denuntiatio à muliere solicitata in confessione, præmittenda est fraterna correctio, si detur spes emenda, quia præceptum correctionis est de iure naturali, & diuino; præceptum vero huic denuntiationis est humanum, unde non potest prævalere aduersus præceptum iuris naturalis;* ut autem correctio fraterna indicetur non profutura, non satis est semel fieri, & non prodesse; sed oportet iterum, atque iterum adhiberi, quamdiu iudicio prudentis speretur emenda; cum his DD. sentiunt alij apud Dianam part. 1. tract. 4. resol. 2. quam probabiliter viderint ipso, & qui libros eorum examinarunt, atque approbarunt. Diana certè citat in contrarium plures DD. dicuntque se cum ipsis sentire monens in sententia illorum DD. qui afferunt præmittendam esse correctionem fraternalm, secundum aliquos DD. (quorum opinionem Deltius in *Disquisit. magic. tom. 3. lib. 5. sect. 4. num. 6.* ait esse valde & quam) eam esse faciendam, etiam in dubio, vtrum illa sit profutura, necne.

Grauior adhuc difficultas est, an Prælatus regularis ex vi illius Constitut. teneatur denuntiare Religiosum subditum, si alijs ipsi constet illum esse emendatum.

150. Respond. Diana *supr. resol. 3. ex Suar. Azor. Salon. Bonac. Sanch. & aliis teneri*, eo quod ista denuntiatio non ordinatur solum ad correctionem personæ denuntiatae, sed ad punitionem. Oppositum sustinent Sotus Molfes. Genuens. Nald. Victorel. Acuña, Portel. Peyr. & alij penes ipsum Dianam, inter quos Portel. de *dub. regul. v. solicitare, in addit. num. 18.* sic habet: *Si fæmina solicitata eerto sciat Confessorem esse penitentem, & moraliter intelligat penitentiam illius de preterito esse veram, non tenetur denuntiare, quia finis denuntiationis est emendatio proximi: cum vero fæmina intelligat moraliter Confessorem esse emendatum, cessabit obligatio denuntiationis, quia cessavit finis illius, qui erat emendatio proximi; sic Portel. & cum eo Peyrinus *tom. 2. priu. Constat. 4. Gregor. X V. §. 9. num. 31.** an probabiliter; non est huius loci examinare. Certè, si detur huiusmodi denuntiationem esse ordinatam principaliter ad punitionem; constat, etiam secura emendatione personæ denuntianda, non cefare finem denuntiandi, qui est punitio delinquens, & non sequitur, nisi facta denuntiatione; quod puto maximè habere locum in hæretico formaliter: cum semper dubitari possit, an re vera sit emendatus, aut solum fictè; stante quod hæretici sunt valde subdoli, & conceptam hæresim retinere nequeunt, quin eam disseminent; vt aduertit Fagundez *lib. 6. cap. 4. num. 12.* hinc inferens hæreticos, quantumuis speretur emenda, denuntiandos esse absque absque villa correctione: quod item docent plures alij DD. apud ipsum Fagundez, & Bonacinam *Diss. de denuntiat. p. 1. §. 8. num. 5.*

151.

Illud demum hoc loco aduertendum est in ista Constitut. Pauli V. distictiū inhiberi Generalibus, Superioribus, & Prælatis Religionum, ut de cætero quouis quæsito colore, vel prætextu præventionis, vel consuetudinis, & præscriptionis immemorabilis seu cognoscendi, an delationes huiusmodi calumniosæ sint, necne, in eisdem causis tam motis, quam mouendis, quoquo modo se intromittere, seu immiscere, denuntiationes recipere, testes examinare, processus confidere, causas ipsas cognoscere definire, vel terminare minimè audeant, seu præsumant. habetur expreſſe in §. 2. dictæ Constitutionis.

**QVÆRES XIII.** In quibus casibus incurvant Regulares excommunicationem latam à Pio II. contra afferentes hæreticum, aut peccatum esse credere Christi sanguinem in triduo passionis fuisse diuīsum, vel non diuīsum à diuinitate.

152. Respond. incurrere, si prædicent, aut disputent, aut suadeant esse hæreticum, aut peccatum credere Iesu Christi sanguinem in triduo passionis diuīsum fuisse, aut non diuīsum à diuinitate. patet ex Bulla Pij II. in ordine 11. quæ cùm loquatur de Religiosis solum sub nomine Fratrum (vt constat ex ipso textu) & nomine Fratrum, propriè loquendo, non veniant neque Monachi, neque Canonici, neque Clerici regulares; probabile videri posset alicui eiusmodi Religiosos non subiacere præfata excommunicationi, sed solum illos Religiosos, qui propriè vocantur Fratres: nisi forte obſtet doctrina, quam tradit Bonac. *D. 3. de censur. in partic. q. 8. p. 11. num. 6.* & quam nos afferemus *cap. seq. sect. 2. q. 10.*

**QVÆRES XIV.** Quid requiratur ad hoc, ut Regulares incurvant excommunicationem latam in decreto derogatorio Clement. VIII. lato 26 Novembris 1602. contra indebitè absoluente à reseruatis Papæ, aur Ordinariis.

153. Respond. quod cùm in citato decreto Regulares prohibeantur, ne sub prætextu priuilegiorum præsumant absoluere à dictis reseruatis: consequenter ad incurrendam istam excommunicationem requiritur præsumptio, & quod absolutio reseruorum imperiatur prætextu priuilegiorum; sicut notat Diana *p. 3. tract. 4. resol. 73. ex Gambara*; sed de hoc plura in *tract. de prohibit. cap. 2. sect. 1. q. 5. & 20.* & *sect. 2. quest. 4.* Moneo hic absoluente à casibus contentis in Bulla Cœna subiici item excommunicationem latæ in eadem Bulla, si id temere faciant; quamvis non sit reseruata, vt aduertit Nauarr. c. 27. num. 74. & cum eo Sorbus *v. excommunic. in annot. afferens* (sed sine sufficienti fundamento) absoluente à casibus Bullæ Cœna esse priuatum omni Officio legendi, prædicandi, & Sacramenta administrandi.

**QVÆRES XV.** Quo casu Regulares incurvant excommunicationem latam à Sixto IV. contra commutantes vota reseruata Papæ.

154. Resp. incurrere in casu, quo præfata vota commutent vigore facultatum ab ipsomet Sixto IV. concessarum; non item, si vi alterius, aut nullius priuilegij. constat ex tenore Constitutionis ipsius Sixti IV. quæ incipit, *Etsi dominici, & à nobis relata, declaratur in tract. de priuil. cap. 3. sect. 2. subsect. 2. q. 6.*

**QVÆRES XVI.** Quo casu Regulares afficiantur excommunicatione late contra indebitè disserentes de Conceptione B.V. Mariae.

155. Respond. Affici in iis omnibus casibus, in quibus diximus eam incurri, *tract. præced. cap. 4. q. 26.* vbi hac de re latè egimus.

**QVÆRES XVII.** In quibus casibus Regulares

res incurvant excommunicationem latam à Leone X. in Constitut. sua 21. contra Prædicatores verbum Dei, & sacram scripturam depravantes.

156.

Respond. incurtere, si vel Euangelicam veritatem, & sacram scripturam aliter declarant, ac interpretentur, quam de clarent communiter SS. Doctores, ac vñs Ecclesiæ diuturnus approbavit: vel tempus præfixum futurorum malorum, Antichristi aduentum, centum diem iudicij prædicare, aut asserere præsumant, siue ea ex divinis literis constanter prædicando, siue ea à Spiritu S. vel diuina revelatione se habuisse affirmando, & alienas inaues diuinationes asseuerando. Qua de re Bonac. D. 2. de Censur. in particul. quest. 5. part. 2. monens num. 10. non esse ita facile concedendum, quod aliqui dicunt sub hac eadem excommunicatione prohibitum esse prædicare miracula incerta, aut ficta; cum verba dispositiva citatæ Constitutionis non complectantur dicta miracula, (est in eius narratione fiat mentio de prædicantibus illa, ) & aliás simus in materia pœnali, quæ non debet ampliari ultra verba dispositionis: quod etiam aduertit Suarez D. 22. de censur. sect. 6. num. 8.

Qværes XVIII. Qualiter incurrit excommunicatio lata à Pio V. in Constit. 128. contra Religiosos subornantes in electionibus Regularium, au fauorem procurantes extra Religionem ad officium obtinendum.

157.

Respond. incurtere eo modo, quo dicemus inferius cap. 6. sect. 2. quest. 4. vbi plura dicemus ad rem præsentem.

Qværes XIX. In quibus casibus incurvant Regulares excommunicationem latam à Gregorio XIII. in fauorem Fratrum Minorum, per bullam allegatam à Rodriq. tom. 1. quest. 54. art. 4.

158.

Respond. incurtere, si rebellent à Visitatoribus Ordinis, aut eis contradicant; & quidem vñ cum cum priuatione officiorum, quæ acta habeant, & inhabilitate ad futura habenda, nec non cum priuatione vocis actiæ. Vbi nota dū est ex Lezana tom. 2. cap. 13. num. 32. huiusmodi concessione posse vti etiam Religiosos aliorum Ordinum alias communicantium de priuilegiis Fratrum Minorum: Quippe, quæ est fauorabilis toti Ordini, licet odiosa Religiosis particularibus. Puto autem ibi per rebellare intelligi idem, ac nolle agnoscere pro Visitatore eum, qui à legitimo Superiori destinatur ad tale munus: quo modo subditus dicitur rebellare suo Principi, qui renuit illum agnoscere pro Principe; quamvis alioqui hæc censura non extendatur ad Religiosos rebellantes contra Provinciales, aut Visitatores Apostolicos accedentes ad legitimam eorum visitationem.

Qværes XX. Qualiter Regulares incurvant excommunicationem latam in Extrauagant. excommunicamus de sentent. excommunic. cap. 1. & innouatam, imo & ampliatam à Gregor. XIII. in sua Constitut. 24.

159.

Respond. incurtere, si pro gratia, aut iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, siue pro se, siue pro alio promittant, seu paciscantur dare aliquid siue magnum, siue paruum, aut talem promissiōnem acceptent, aut de facto dent ex pacto, seu promissione occulta, vel manifesta facta sub verbis generalibus, ac plenariè, non expressis, siue sub specialibus, & aperte expressis, aut aliquid recipient ex dicto pacto, seu promissione, aut faciant promissiōnem alicuius, quod licet deuenturum non sit ad manus promissarij, est tamen cesserum in utilitate illius ( cuiusmodi esset facere aliquid iter

intuitu illius) aut acceptent hanc talem promissiōnem, aut denique dent, vel recipient aliquid sine pacto, seu promissione. habetur expressè in citata Extrauagant. in qua haec omnes actiones sub excommunicatione reseruata prohibentur, sicut & aliqua alia, quæ exprimuntur in allegata Constitut. Gregorij XIII. nimirum nundinari conquirendo expeditiones negotiorum, innitendo suffragationibus potentiorum, ambire donis, aut pollicitationibus eos, quos gratia præstare arbitrantur, ut scilicet profe, aut pro aliis gratiam aliquam, aut iustitiam obtineant apud Sedem Apostolicam, & fingere, seu mentiri dicendo se dedisse pretium, aut munera præfatis gratia pollutibus ad dictam gratiam, aut iustitiam consequendam; quæ tres actiones principaliter sunt prohibita, istis aliis tribus accessoriè tantum prohibitis, videlicet dare præfatis gratia pollutibus auxilium, dare consilium, dare fauorem. Quod bene aduertendum est, inquit Lezana v. dare num. 43. cum excommunicatione ista vi actionum principaliter prohibitarum incurrit etiam effectu nō secuto, (idest, gratia, aut iustitia non obtenta) non item vi actionum accessoriè prohibitarum, vt notant Doctores. De hac autem excommunicatione plura dicta sunt tract. 6. cap. 9. sect. 2. per totum.

Qværes XXI. Quam excommunicationem contrahant Regulares, si prædicent sine licentia proprij Prælati

Respond. contrahere illam, quæ continetur in bulla Leonis X. relata à Quaranta in bullario v. prædictor; & quidem ipso facto, ac Papæ reseruatam; vt aperte constat ex verbis illis bullæ, Si quis autem contra premissorum aliquod committere quidquam aust fuerint, ultra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis sententiam, à qua non, nisi à Rom. Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolu possint, eos incurtere volumus: quæ verba utique referuntur ad omnia præcedentia contenta in bulla, ut potè non habentia determinatas suas clausulas, & ad idem pertinentia, & consequenter ad eam partem Bullæ, in qua prohibit Regulares prædicare sine licentia proprij Superioris: & hoc ob ea, quæ habet Abb. in cap. cum dilecti de donationibus, num. 7. & in cap. secundo requiris, de appellat num. 10. & 11. Qua de re Peyr. de R.S. quest. 1. cap. 22. §. circa primum. Zerola in praxi part. 1. v. prædicatio, num. 2.

Qværes XXII. An, & quilibet Religioses incurvant excommunicationem, si receptent bannitos &c.

Respond. incurtere excommunicationem ipso facto, & Papæ reseruatam, si sint in Regno Neapolitano, ac in prouincia Aprutij: idque ex Breui Sixti V. die 20. Martij 1589. decreto ad Proregem dicti regni Neapol. his verbis: Dilecte fili, nobilis vir salutem, & Apostol. bened. Exponi nobis nuper fecisti in Regno Neapolitano, ac presertim in prouincia Aprutij nonnullos bannitos viarum grassatores existere, contra quos pro tui Officij debito omni studio procedere intendit, & ad id necessaria omnia remedio preparasti. Ne autem dicti banniti, & viarum grassatores condignas delicti sui pœnas euadant, prouidere volentes, omnibus, & singulis quibusvis personis Ecclesiasticis secularibus, & ignoruuis Ordinum, & Militiarum Regularibus Regni, & Provincie huiusmodi sub excommunicationis latente sententiæ, à qua, nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo absolu nequeant, districte prohibemus, ne dictos bannitos, & viarum grassatores in monasteria, domus, vel alia loca recipere, seu in eis occultare, aut illis auxilium, consilium, fauorem, seu victimum, aut vestitum, vel alia eis necessaria.

160.

161.

## 60 De Excom.latis cont.Regul.ac reseruatis.

necessaria directe, seu quomodolibet præstare audent, seu presumant: non obstant. &c. Vnde quis bene inferrat, quod, cùm Sextus loquatur solum de Regulæ existentibus in Regno Neapolitano, ac in Provincia Aprutij, & Leges pœnales non debent extendi, sed restringi; ista excommunicatio non afficit Religiosos alibi existentes. Imò puto quod, cùm Sextus V. ediderit hoc Breue post bullam Gregorij XIII. Tanta, & post bullam, Hoc nostri editam, 1585. ab ipsomet contra bannitos; signum est Religiosos non fuisse comprehensos in relatis bullis; alias frustra, ac sine necessitate contra ipsos in specie edidisset hoc Breue; & quidem adiuncta ei excommunicatione reseruata, quam in sua bulla, Hoc nostri, abstulerat ex bulla, Tanta Gregorij, eam alioqui ex certa scientia approbans, ac innouans. Quare de iure communi positivo Regulares nō prohibentur receptate bannitos intra sua monasteria, ac domos: et si alias consultum sit, vt regulariter abstineant ab iis receptandis; cùm id cedere possit in graue præiudicium communis boni, quod ipsi pro viribus tenentur procurare.

Loquendo autem de Regularibus existentibus in Regno Neapolitano, aut in prouincia Aprutij, aliqua pro maiori declaracione huius prohibitionis summarie notanda sunt.

Noto igitur primò, in huius prohibitionis violatione dari paruitatem materiæ excusantem à præfata censura, ideoque illam non incurri, si bannitus intra monasterium excipiat, aut detineatur ad paucas horas (verbi gratia ad prandium.)

Noto secundò, vrgentem necessitatem banniti excusare à dicta censura, sivecum eum non contrahi ab excipiente bannitum grauitet ægrotantem: cùm per epicheiam casus iste excipiatur; ne alias contraveniatur legi naturali, ac diuinæ, cui omnis lex humana cedit.

Noto tertio, non obligare hanc prohibitionem in casu, quo bannitus ad monasterium recurrat, vt consulat suæ vitæ: cùm sic cesset finis prohibitionis, quatenus bannitus non recurrit, vt bannitus, (id est ad malè agendum, & grassandum) sed vt Proximus in extrema necessitate constitutus, erga quem viget præceptum Charitatis Proximi strictius obligans, quām obliget hæc prohibitio, ideoque huic præuela.

Noto quartò, hanc prohibitionem non obligare, si Religioso bannitum excipienti, ac detinenti certò constet illum iniuste fuisse bannitum: tunc enim præsumptio, cui illa nititur dispositio, est falsa in eo casu particulari, sivecum in quantum ad forum conscientiæ suspenditur dispositio.

Noto quintò, idem procedere in casu, quo pater filium bannitum excipiat, aut è contra filius excipiat patrem bannitum: cùm oppositum valde repugnet pietati, & alias hic non agatur de causa fidei, ac religionis, in qua non parcitur neque parentibus, neque filiis: et si dissentiat Nald. v. bannitus, num. 10. stante pro nobis sententia Azorij p. 2. lib. 3. cap. 3. quist. 3.

Noto sexto, huic prohibitioni non subiici Religiosum peregrinum, qui transiens Neapolitane fortè bannitum excipiat intra suum monasterium. mox, quod in allegato Breui Sixti V. dicitur Regulæ Regni, & Provincie huiusmodi, & hæc verba important ex sua significatione domicilium ibi constitutum; quod utique non verificatur de Religioso peregrino.

QVÆRES XXIII. In quibus casibus incurvant Regulares excommunicationem à Greg. XIIII.

Iatam contra ingredientes septa monialium in casu non permisso, aut facientes, vel permittentes alios ingredi.

Respond. incurtere (& quidem, cum aliis pœnis inferiūs proponendis) si vel faciant, aut (cum sint Superioris) permittant alios ingredi prætextu licentiarum, & facultatum, quæ omnes fuerunt abrogatae; vel ipsi sub prætextu licentiarum ab Episcopis, aut Superioribus Monialium earum monasteria ingredientur in casibus non permisis. habetur expresse in citata Constitutione, quæ est in ordine 28.

QVÆRES XXIV. Quam excommunicationem incurvant Regulares, si procurent abortum foeminae prægnantis.

Respond. incurtere excommunicationem Iatam à Sexto V. in Constitut. effrenatam contrà omnes, & singulos cuimcumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes tam laicos, quam Clericos seculares, & cuimcumque Ordinis Regularis, necnon mulieres seculares, vel quemcumque Ordinem professas; qui, vel que, vel vii principales, vel ut socia conscientia ad tale facinus committendum (intellige, abortum) opem, consilium, fauorem, potionem, vel alia cuimcumque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scribendo literas priuatas, vel apochas, vel alias verbis, aut signis inuenient, aut consulerint. Vbi noto, quod, cùm hic sub excommunicatione prohibetur generaliter abortus, ea incurritur, siue procuretur abortus foetus animati, siue inanimis: cùm lex generaliter loquens generaliter debeat intelligi: et si excommunicationis Ordinatio solum reseruetur, quando abortus est foetus animatus (idq; tantum pro foro conscientiæ ex Gregor. XIV. bullæ) & non incurritur à foemina procurante proprium abortum, vt docui in tract. de monial. c. 8. q. 8.

Puto item non incursum hanc excommunicationem Religiosum, qui foeminae prægnanti consulteret abortum foetus inanimis, certò sciens illam ad consulendum propriæ vitæ, ac famæ postea procuratrum abortum foetus animati: & hoc ob doctrinam Sanchez lib. 7. de matr. D. 11. num. 15. nimis, quod licet consulere minus malum ad vitandum maius; Imò censeo hoc idem dicendum in casu, quo Religiosus consulat abortum foetus inanimis ad consulendum vitæ, aut famæ mulieris prægnantis alias non procuratur abortum: idque admissa doctrina, quam plures DD. sustinent apud Dian. part. 6. tract. 8. resol. 37. videlicet licere in casu proposito procurare abortum: si enim mulier licet potest procurare abortum, potest & Religiosus ipsi illum consulere iuxta doctrinam in euentu simili traditam à Lessio lib. 2. cap. 31. num. 40. quod scilicet reo, cui fas est fugere è carcere, licet consulere fugam, ac disruptiæ vinculum, modò consulens non sit Minister publicæ potestatis.

QVÆRES XXV. Quam excommunicationem incurvant Regulares, si indebitè extrahant Reliquias Sanctorum, aut alias concurrant ad talem extractionem.

Respond. incurtere excommunicationem latæ sententiæ, camque Papæ reseruatam, si contra Edictum Vicarij urbis Romæ iussu Pauli V. editum 24. August. 1613. audeant, aut præsumat ingredi aliquam ex cryptis, catacumbis, vel cemeteriis intra, vel extra Urbem Romanam; & ab iis extrahere Reliquias, etiam in minima particula, aut ad id præstare auxilium, aut fauorem: & hoc etiam sub pœna tritemum, & aliis arbitrio ipsius Vicarij incurrendis. Quidam etiam in eo Edicto reuocantur omnes licentiae in scriptis concessæ, et que si in futurum concedantur, declarantur irritæ; præterea præfata pœna,

161.

163.

164.

&

161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213

& censura extenduntur ad omnes, ad quorum instantiam fiat extractio, aut attentata fuerit, necnon ad complices, & ad recipientes scienter Reliquias illicite extractas: item absolutio dictarum penarum reseruatur Papæ. Denique Regulares ultra penas adductas in propositis casibus ipso facto incurunt priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, ac inhabilitatem ad dignitates, & gubernationes suæ Religionis; dispensatione, ac rehabilitatione Papæ reseruata, qua de re Thesaurus part. 2. paxis cap. 1. & Bonac. de censur. in part. D. 2. queft. 3. part. 14. §. incid. monens præfatum edictum, cum sit editum per modum statuti, esse perpetuum, & sub eo comprehendendi peregrinos Romam petentes, & breui recessuros, ut potè delinquentes in rem existentem in territorio Legislatoris; quod purat sufficere ad eos subiiciendos Edicto superius allegato.

Addo item ex Breui Pauli V. edito 16. Maij 1614. excommunicari ipso facto extraentes Reliquias de Ecclesiis, monasteriis, locis pii, cæmeteriis, aut cryptis, intra vel extra Urbem vigore licentiarum à Papa concessarum ante duos proximos menses viuæ vocis oraculo; ipsamque excommunicationem Papæ reseruari, & incurri ab iis, qui curam habentes, seu gubernationem dictarum Ecclesiarum, aut locorum permittrunt, seu consentiunt extractioni. In eodem Breui prohibetur, ne quis sacerdotalis, aut regularis fidem vllam, aut instrumentum, seu scripturam publicam, aut priuatam faciat extractionis, donationis, consignationis, translationis, aut alterius contractus, aut Scripturæ, vbi fiat mentio Reliquiarum, nisi cum licentia Vicarij urbis; non suffragante quacumque licentia Sedis Apostolicæ in scriptis aliter emanata; & transgressoribus imponuntur penæ, Religiosis quidem priuationis vocis actiuæ, & passiuæ in perpetuum, ac exilio ab omni statu Ecclesiæ Romanæ: quamvis hæ penæ sint ferendæ, vt aduertit Thesaurus supr.

S E C T I O     III.  
De Excommunicationibus in specie  
latis contra Regulares, quæ  
nemini reseruantur.

- 165 Referuntur Excommunicationes contra Regulares late, & non reseruatae.  
166 Excommunicantur Prelati regulares ingredientes sepa monialium subditarum in casu verito.  
167 Secus, si in casti necessario intrent sine comitatu prescripto deiure.  
168 Et hæc excommunicatione simul cum alijs pænis incurrit ante sententiam.  
169 Excommunicantur Religiosi dimittentes proprium habitum, si 4. concurrant conditiones.  
170 Item si indebet eant ad studia.  
171 Secus, si ad hunc effectum Prelatus localis det licentiam, non conuocato toto Conuentu.  
172 Hec autem licentia non est opus quod sit expressa.  
173 Excommunicantur Religiosi euntes ad audiendas Leges, aut medicinam.  
174 Non item, si his scientijs dent operam extra Conuentum in loco sui domiciliij, immo neque si egressi ad ea studia redeant ad monasterium intra bimestre.  
175 Neque si ad alium finem egressi postea vacent dictis studijs.  
176 At incurrint hanc excommunicationem, si egressi ad vacandum dictis studijs non varent de falso, & intra bimestre non redeant.

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.

- 177 Idque et si postea mutent voluntatem; quod alij negant probabiliter.  
178 Non incurrint vero, si egressi ob alios fines principales vacent prefatis studijs.  
179 Sicut nec in casu, quo egressi ob alios fines principales vacent prefatis studijs.  
180 Excommunicantur Religiosi violantes Interdictia, & Cessationem à diuinis.  
181 Nec in hoc excusat Ignorantia crassa, aut supina.  
182 Ostenditur hanc eamdem censuram incurri ex Violatione Cessationis à diuinis.  
183 Idq; non obstantibus indultis antea concessis in contrarium.  
184 Regulares debent seruare Interdictum non seruatum a propria Ecclesia Parochiali, si seruerunt à Cathedrali, vel e contra.  
185 Secus, si alicubi non adgit Cathedralis, & ex pluribus Parochialibus ibi existentibus aliquæ solum obseruent Interdictum: quod non procederet, si omnes ea parochiales obseruerent.  
186 Interdictum debent seruare Religiosi quamvis nullum, si Ecclesia Matris illud seruet; & si non seruent, subsunt huic excommunicationi non item alijs pænis.  
187 Excommunicantur Religiosi usurpantes, impedientes, aut non permittentes Decimas solni, at non statim, ac delinquunt modis dictis.  
188 Declarantur clausi & sub quibus fertur ista excommunicatione.  
189 Et subsunt etiam Religiosi Ordinum Militarium, immo & Moniales.  
190 Ea per se non est reseruata, sed solum ex consequenti.  
191 Illam non incurrint Religiosi ex eo præcisè, quod non soluant Decimas ab ipsis debitas.  
192 Ab ea excusat Ignorantia.  
193 Benedictini, & Canonici Regulares excommunicantur, si adeant Principum Curias ad nocendum.  
194 Huic censuræ non subsunt omnes Monachi; quod alij negant.  
195 Afferuntur varij casus in quibus ea non incurritur.  
196 Afferuntur alijs casus, in quibus incurritur.  
197 Illam incurrit accedens bono animo ad Curias Principium si mutata voluntate postea noceat; etsi alij id negent.  
198 Licentia Prelati habita ad accedendum non prodest.  
199 Non excommunicatur, qui accedit habens administrationem.  
200 Excommunicantur Religiosi, si retrahant à solutione Decimarum.  
201 Et quidem Religiosi cuiusvis Ordinis (non tamen Moniales.)  
202 Idem dicendum est de Religioso, qui negligit suadere penitenti solutionem decimaru, & postea prædicat.  
203 Excommunicantur Religiosi contrahentes de facto matrimonium, etiam Religiosi Soc. Iesu.  
204 Item excommunicantur Religiosi, si foueant statum Beginarum.  
205 Item si sint Mendicantes, & indebetè nouas domos recipiant, aut receptas alienent.  
206 Item si indebetè transcant ad alios Ordines.  
207 Item si sint Benedictini, & intra monasterium armæ retineant.  
208 Idq; procedit de omnibus Religiosis in statu Mediolanensi degentibus.  
209 Item, si sint Sacerdotes, & moniti non abdicent Officium Vicecomitis, & similia iam admissa.  
210 Ostenditur, quod sit officium Vicecomitis.  
211 Item, si alienent indebetè bona Ecclesiastica.  
212 Item, si interficiat agitationi Taurorum, ac ferarum.  
213 At huic censuræ non subsunt Novitij.

## 62 De Excom.latis cont.Regul.non reseruatis.

- 214 Ea est late sententia, quod alii negant probabilitatem.  
 215 Excommunicantur Regulares, si favore secularium officia Ordinis obtineant.  
 216 Item, si non seruent pacem factam cum Parochis.  
 217 Et hac censura non est per se reseruata, sed solum ex consequenti.  
 218 Item, si deferant habitum Capuccinorum.  
 219 Item, si impedian accessum aliorum Religiosorum ad missiones Iaponicas.  
 220 Aut in ys exerceant mercaturam.  
 221 Item, si omittant facere solemnum Professionem.  
 222 Item, si sine Prelati, & non notificant subditis reuocationem viuæ vocis oraculorum.  
 223 Item, si Religiosos sui Ordinis vexent in materia electionis.  
 224 Item, si noua Monasteria recipient, aut perficiant.  
 225 Item, si recipient de bonis Nouity ante Professionem.  
 226 Item, si puellam cogant ad Religionem, vel ab ea retrahant.  
 227 Item, si sint Mendicantes, & impedian precedenteriam Dominicanis.  
 228 Item, si indebitè alienent loca, aut bona iurisdictionalia Conuentus.  
 229 Item, si missi ad Indias in itinere immorentur, aut declinent loca ipsis designata.  
 230 Item, si ex communi Bibliotheca extrahant libros: idq; ex speciali Breui Papa comprehendente quoque cumque extrahentes, imo & permittentes extrahiri, cum ex officio teneantur impedire: at libri debent esse incorporati Bibliotheca, ac extrahi e monastério, ut incurritur ab ijs censura: Breue non vetat extrahi libros deputatos usui Religiosorum particularium: at vetat Superiori, ne libros incorporatos deputet usui Religiosi particularis, ut impunè eum extrahat: violat hanc prohibitionem, qui librum ab alio extractum e Bibliotheca extra Conuentum defert: secūs, si e Bibliotheca extrahat librum, eo usui intra Conuentum, idq; de Religioso Conuentus item procedit. non violat, qui libros incorporatos permutat in utiliores, & hos Bibliotheca incorporat, illis extractis: violat, qui extractum solum ad 2. dies: secūs qui extractum, salua paruitate materia, que in subiecta materia assignatur: violat, qui libros successiū extractum in quantitate notabili, salua paruitate materia in singulis vocibus: secūs, si in hoc casu librum posteriorē non extractum, nisi restituto priori: non violat, qui extractum ad reficiendam libri compagationem: violat Religiosus monasterij, si extra concionatus libros extractat, & finita predicatione non referat: secūs, si Religiosus in casu proposito statuat uti libro, sicq; illum extractat intendens eum commodare amico seculari: item non violat, qui librum extractum solum post predicationem, cum ante finem predicationis eo amplius non egeat per multum tempus.

165. **Q**VÆRES I. Quot & quæ sint excommunicationes latæ contra Regulares, quæ nulli reseruantur.  
 Respond. esse 31. Prima est contra Superiores regulares in casibus non concessis ingredientes Monasteria Monialium, quibus præsunt. 2. contra dimittentes habitum religiosum. 3. contra accedentes ad studia sine debita licentia. 4. contra excentes e Monasteriis pro studio Medicinæ, aut Legū. 5. contra non seruantes Interdictum seruatum ab Ecclesia matrice. 6. contra appropriantes sibi decimas. 7. contra proficentes ad aulam Principum malo animo aduersus suos. 8. contra auertentes à solutione decimorum. 9. contra ineuentes matrimonium de facto. 10. contra fauentes Beguinis, & sequentes ritum Fraticellorum. 11. contra Mendicantes non reci-

pientes, aut detinentes noua loca sine licentia Papæ. 12. contra quosdam Mendicantes, qui recipiunt aliquem ad suum Ordinem. 13. contra Monachos habentes arma intra Monasterium. 14. contra Sacerdotes habentes officium Praepositi secularis. 15. contra alienantes bona Monasteriorum. 16. contra interessentes agitationi taurorum, & ferarum. 17. contra procurantes ope Principum honores, gradus, ac dignitates. 18. contra Religiosos Mendicantes, & Parochos pacem inter se factam non seruantes. 19. contra deferentes habitum Capuccinorum. 20. contra impedientes accessum ad insulas, prouincias, & regna Iaponica, ac aliarum Indiarum. 21. contra Religiosos non facientes professionem solemne. 22. contra Prelatos non notificantes suis subditis reuocationem viuæ vocis oraculorum. 23. contra vexantes electores in electionibus regularibus. 24. contra recipientes noua Monasteria, non seruata debita forma. 25. contra accipientes de bonis Nouitij ante professionem. 26. contra cogentes puellam ad ingressum religionis, aut illam ab eo retrahentes. 27. contra impedientes debitam præcedentiam Dominicanis. 28. contra alienantes bona iurisdictionalia Conuentuum. 29. contra destinatos ad Indias recta non tendentes ad illas. 30. contra imprimentes libros sine debita licentia. 31. contra indebitè extrahentes libros de communi Bibliotheca.

QVÆRES II. Quomodo Prelati regulares incurvant excommunicationem latam à Gregor. XIII. 1581. contra Superiores religiosos ingredientes Monasteria Monialium quibus præsunt,

Respond. incurrere, si ingrediantur citra casus necessitatis; idque etiam prima, & secunda vice, qua ingrediuntur, non autem solum tertia vice, quo modo ex dispositione d. Constit. Prelati secularis Monasteria Monialium sibi subditarum ingredientes prima vice, qua ingrediuntur extra casum necessitatis, manent solum interdicti ab ingressu Ecclesiæ: secunda suspensi à munere Pontificali, & à diuinis, ac deinceps ipso facto excommunicati absque alia declaratione; ratio diuersitatis est, quod Papa in ista Constitut. non meminit primi, & secundi ingressus Regularium; sicuti meminit loquens de Episcopis, sed absolutè imposuit poenam excommunicationis, imo & priuationis officij, ac ministerij Prelatis regularibus ingredientibus sine necessitate claustra Monialium sibi subditarum. Quamquam Bonac. de Claus. q. 4. p. 5. n. 11. ex Llamas censem probabile esse, præfatos Prelatos regulares dictas poenas non contrahere nisi tertia vice, quo modo dicto ingrediantur, adeoque prima vice, qua ingrediuntur, manere interdictos ab ingressu Ecclesiæ, secunda suspensos à diuinis, tertiis, & deinceps affici excommunicatione, aliisque poenis: siquidem præsens Constit. Gregor. XIII. loquens de Episcopis statuit pro prima, & secunda vice diuersas poenas, & pro vterioribus excommunicationem: statimque subdit poenas pro Prelatis regularibus, ac proinde ex adiunctis intelligentur ex poenæ pro Prelatis regularibus, quando tertio, & vterius ingrediuntur; quod tamen non admittit Sanchez lib. 6. in decal. cap. 16. n. 102.

167. Dixi, si ingrediantur citra casus necessitatis; vt inuenierem Prelatos regulares non subiacere dictis poenæ, si ingrediantur in casibus necessitatis, esto id facient sine comitatu personarum habentium conditiones peritas in præfata Constit. (paucarum, scil. seniorum, ac religiosarum, id est, piarum: (quando enim Constit. statuit poenas transgressoribus, meminit tantum Prelatorū ingredientium citra casus necessitatis, vt obseruat Sanch. n. 100. poenæ autem non debent

debent extendi ultra casus expressos. quod idem puto dicendum esse de Prælato ingrediente in casu necessitatis, & postea se detinente in Monasterio diutius, quam exigit præsens necessitas, ob quam ingressus est (v.g. vagando per Monasterium, inuisiendo officinas, &c.) imo & de Prælato ingrediente ob malum finem, in casu tamen veræ necessitatis; nimis illum in his duobus casibus non incurrire supradictas penas: (quamvis in hoc posteriori subiiciatur excommunicationi contentæ in decreto derogatorio Clementis VIII. de qua in tract. de priuileg. cap. 3. sect. 1. subsect. 2. quest. 1. suppos. 2.) & ratio est quod in his casibus verè Prælatus non ingreditur extra casum necessitatis: quod solum prohibetur sub præsentibus penas; vt aperte constat ex ipso textu.

**168.** Illud porrò hinc bene moner Sanchez n. 98. pœnas contentas in ista Constitut. Gregor. XIII. omnes incurti ante Iudicis sententiam, excepta priuatione officiorum, ac ministeriorum, quam diximus incurtere Prælatos regulares indebet ingredientes: hæc namque non incurritur, nisi post sententiam; vt probat Sanchez cap. præced. num. 77. & 78. nosque ostendemus infra cap. 6. sect. 1. quest. 9. tamen excommunicatione, suspensio, ac interdictum iuxta communem DD. sententiam, teste eodem Sanchez incurruunt ante omnem Iudicis sententiam; vt ipsemet Sanchez probat lib. 9. de matrim. D. 30. num. 1.

**QVÆRES III.** Quid requiratur, & sufficiat ad hoc ut Regulares incurrant excommunicationem latam in cap. ut periculosa, ne Clerici vel monachi in 6. contra dimittentes habitum religiosum.

**169.** Respond. requiri, vt dimittant habitum religiosum concurrentibus quatuor conditionibus à nobis recensitis in tract. de obligat. cap. 7. sect. 1. q. 4. vbi de re fusi agimus; prima est, vt dimissio habitus fiat à Religiolo professo in scholis, aut alibi: secunda vt habitus, qui dimittitur sit habitus propriæ Religionis: tercia vt talis dimissio sit temeraria, id est, facta sine rationabili causa: quarta est, vt ipsa dimissio sit talis, quod attentis præsentibus circumstantiis, iudicio prudentis censeatur aperta ad vagandum. ita Sanchez l. 6. in decal. c. 8. n. 38. aliisque, inter quos Suar. de censor. D. 23. sect. 4. n. 26. notat ad incurriendam istam excommunicationem non requiri, vt Religiulus modo dicto habitum dimittens simul adeat auditum Physicam, aut leges absque licentia Superioris cum consilio Conuentus, aut maioris partis: siquidem, dum in cit. cap. dicitur: *Si quis horum temerarius violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam: particula horum, explicari debet disiunctiè, (vt exponit Glossa ibi) non autem collectiè; vt primo aspectu posset aliquis existimare, inde colligens, quod, cùm textus loquatur in plurali, violator horum, nec dici possit violator horum, qui alterum ex iis violat, requiri videtur violatio utriusque videlicet, vt temerariè dimittatur habitus, & quod Religiulus dimittens adeat auditum Physicam, aut Leges: particula, inquam, horum, explicari debet disiunctiè, ac proinde non pauci DD. relati à Sanchez. excommunicationem latam contra dimittentes habitum, & eam, quæ lata est contra adeuntes auditum Physicam, aut Leges, sine debita facultate, tanquam duas excommunications distinctas afferunt, & explicant: quod nos etiam aduertimus in cit. tract. de oblig. vbi supr. q. 7. §. quod si hic obiter.*

**QVÆRES IV.** Quo casu Regulares incurrant excommunicationem latam in cap. ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi in 6. contra euntes ad studia sine debita licentia.

Pellizzary Manual. Regul. Tom. II.

**170.** Respond. quod, cùm in cap. citato, excommunicentur Religioli professi accedentes ad quævis studia literarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem sibi eundi ad studium licentia primitus sit concessa; sequitur Religiolum professum (qualis est etiam Religiulus Societ. Iesu post emissâ biennij vota) tunc demum incurtere istam excommunicationem, quando absque licentia proprij Prælati immediati cum consilio Conuentus, aut maioris partis (qualis est etiam locum ipsius tenens, qui verè sit Prælatus Monasterij, habens sc. iurisdictionem, vt notat Sayr. l. 3. de Censur. c. 33. n. 23. ex Tabiena) proficiscitur aliò ad effectum studendi extra proprium Conuentum, siue intendat vacare studiis alias vetitis (v.g. Physicæ, aut Legibus) siue alias permisis (vt Philosophiæ, Theologiæ, &c.) generaliter enim loquitur textus, dum ait *ad quævis studia; vt aduerterunt plures D.D. apud Bonac. supr. q. 2. p. 6. n. 3.* qui benè monet n. 8. ex Nau. Caiet. Azot. Sayt Sanch. Suar. & aliis communiter nomine proprij Prælati hinc venire etiam Generalem, ac Prouincialem, adeoque hos posse dare præfata licentiam eundi aliò ad studia modò supradicto; idque absque consilio Conuentus: cùm hi propriè non habeant Conuentum, & textus in re præsenti petens consilium Conuentus loquatur de Prælato proximo, ac immediato, qui habet Conuentum; vt nos etiam notauiimus in tract. de priuileg. cap. 4. sect. 2. q. 27. vbi attulimus plures casus, in quibus Religiulus proficiscens ad studia sine dicta licentia effugit istam excommunicationem.

Vtrum verò necesse sit conuocare totum Conuentus ad consilium petendum in casu, quo Prælatus immediatus daturus sit illam licentiam.

**171.** Respond. secluso peculiari statuto Religionis, non esse, sed sufficere, quod conuocetur major pars Conuentus: siquidem, cùm in textu dicatur, *cum consilio Conuentus, vel maioris partis,* frustra conuocatur totus Conuentus, cum totius Conuentus consilium non requiratur. Ita Suar. supr. D. 23. sect. 4. n. 37. Sanch. supr. num. 80. quos refert, & sequitur Bonac. num. 11. addens in re præsenti non sufficere petere consilium à maiori parte Religiolorum seorsim, sed necessariò conuocandum esse Conuentum: quia alioqui eiusmodi consilium non posset dici consilium Conuentus, sed singulorum Religiolorum Conuentus: quamquam alioqui Prælatus non tenetur sequi tale consilium, vt diximus in tract. de priuile. loco supr. cuato.

Dubitari posset hinc, vtrum licentia, quam diximus requiri ad evitandam istam excommunicationem, debeat esse expressa, an sufficiat, quod sit tacita.

**172.** Respond. sufficere, quod sit tacita, ex ratihabitione tamen de præsenti; idque, siue præfata licentia detur à Generali, aut Prouinciali Ordinis, siue à Superiori immediato Monasterij. Ducor, quod taciti, & expressi eadem est virtus; & vbi requiritur licentia in actu, sufficit tacita, ac præsumpta ex ratihabitione de præsenti, vt multis probant Lapus, & Corset. apud Sanch. l. 3. de matr. D. 35. n. 20. quæ ratio probat intentum tum de licentia, quæ detur à Generali, aut Prouinciali, tum de ea, quæ detur à Superiori locali; dummodo iste præmisit iuxta dicta debitam consultationem cum Conuento, siue motu proprio, siue etiam requisitus à Religiolo subditio, qui postea cum præfata licentia tacita proficiscitur ad studia: in hoc enim posteriori casu non sufficeret licentia tacita, si non esset præmissa sufficiens consultatio cum Conuento; vñpotè quæ requiritur ad valorem dictæ licentiae; sicut supra ostendimus in §. vtrum vero.

## 64 De Excom latis cont. Regul non reseruatis.

**Quæres V.** Quid requiratur ad hoc, ut Regulares incurant excommunicationem in cap. non magnopere, ne Clerici, vel Monachi, latam contra Religiosos è Monasterio exeentes ad audiendas Leges, aut Medicinam.

**173.** Respond. requiri, ut exeat è monasterio non emissam professionem religiosam ad audiendas supradictas facultates animo eas discendi, non autem honorandi Lectorem; & quod intra 2. menses non redeant ad Monasterium; patet ex citato cap. non magnopere, ubi dicitur. *Statuimus, ut nulli omnino post votum Religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem ad Physicam (idec ad Medicinam) Legesve mundanas legendas permittantur exire: si verò exierint, & ad claustrum suum intra duorum mensium spatium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus existentur.* Vbi notandum per leges mundanas intelligi leges ciuiles.

Sed modò dubium est, an Religiosus dicatur exire de claustro ad audiendas Leges, aut Medicinam, si in loco sui Monasterij dictas scientias audiat (extra tamen Monasterium) redeundo singulis diebus ad monasterium finita lectio.

**174.** Respond. non dici exire, adeoque Religiosum studentem Legibus, aut Medicinæ extra Monasterium in ciuitate sui domicilij, & quotidie ad ipsum monasterium redeuntem non incurre ei simodi excommunicationem. Ita Bonac. de claustris. q. 2. p. 7. n. 4. ex Caiet. Tolet. Sayr. Nau. & Sanctarel. contra Suar. D. 23. de censuris. f. 3. n. 11. & Filliuc. tract. 14. n. 128. putantes ad contrahendam istam excommunicationem sufficere exire è Monasterio, & in eodem oppido vacare præfatis scientiis redeundo ad monasterium quotidie. Ratio nostræ responsionis est, quod ista excommunicatione lata est contra Religiosos exeentes ad supradictas scientias audiendas, nisi intra 2. menses redeant ad monasterium; hoc autem non verificaretur, si ad contrahendam istam excommunicationem non esset opus, vt Religiosus exiret ad habitandum extra monasterium: siquidem Religiosus, qui habitat in monasterio; & accedit ad scholas publicas, solet quotidie redire ad monasterium, aut saltem ad illud reddit intra 2. menses. Quod si Religiosus in loco sui domicilij exeat è monasterio ad vacandum prædictis scientiis, & ultra 2. menses non redeat ad monasterium; tunc vtique concedo eum affici ista excommunicatione; cum sic verè exeat è claustro ad audiendas Leges, aut Medicinam; quod solùm requiritur, & sufficit ad incurriendam dictam excommunicationem: vt constat ex cap. non magnopere, iam citato.

Putat autem Bonac. n. 12. cum Suar. Sayr. Filliuc. Sylu. Tab. & aliis spatum duorum mensium, intra quod diximus Religiosos egressos ad studia Legum, & Medicinæ regredi ad euitandam istam excommunicationem, computandum esse à die, qua Religiosus egreditur; probatque tum, quia spatum inchoari debet à tempore transgressionis; hæc autem incipit ab ipsomet egressu è monasterio: tum, quia in cap. non magnopere, dicitur: *Si exierint, & infra duorum mensium spatium non redierint;* quod est dicere initium illius spatiij desumendum esse ab exitu è monasterio. Alij tamen cum S. Antonin. 3. p. tract. 24. c. 52. existimant supradictum spatum enumerandum esse à die, qua Religiosus incipit audire Leges, aut Medicinam; probantque ex eo, quod, cum egressus è monasterio hic non interdicatur, nisi per ordinem ad audiendas præfatas facultates, propterea metiendū videtur rēpus à die, qua Religiosus incipit audire dictas facultates: quæ opinio, teste ipso Bonac. est probabilis.

Grauior difficultas est, an Religiosus, qui non exiuit animo audiendi præfatas facultates, sed postea voluntate mutata, manet extra monasterium principaliter animo eas audiendi, & quidem ultra 2. menses, an, inquam, incurrat istam excommunicationem.

Respond. quod, quamvis Suar. Sayr. Filliuc. & alij communiter apud Bonac. num. 6. dicant incurrire ea morti ratione, quod, licet prior exitus è monasterio non fuerit ordinatus ad audiendas præfatas facultates, permanentia tamen extra monasterium ad hoc ordinatur: & hoc est, quod principaliter prohibetur in cap. non magnopere, esto, minus sufficienter verbis fuerit expressum; probabile nihilominus dicit Bonac. esse oppositum; probatque quia dispositio penalis non debet extendi ultra mentem disponentis verbis expressam; mens autem disponentis verbis expressa in præsenti casu non admittit istam extensionem: cum ius non loquatur simpliciter de commorantibus extra monasterium animo vacandi præfatis scientiis, sed de egradientibus tali animo, & eodem animo extra monasterium persistentibus spatio duorum mensium; quod non evenit in casu nostro, quo Religiosus non est egressus animo vacandi dictis scientiis, vt suppono.

Addo quod, cum ista excommunicatione lata sit contra Religiosos egradientes ad studendum illis facultatibus, &c. non autem contra aëtu studentes (vt aperte colligitur ex cap. non magnopere,) consequenter eam incurret Religiosus, qui exiuit animo audiendi præfatas facultates, sed re ipsa non audiuit, dummodo intra 2. menses non reuertatur ad monasterium: sic enim adest effectus completus sub censura prohibitus, vt pater. Ita Suar. n. 14. Sanctarel. de apostasia, cap. 2. n. 17. & Bonac. n. 7. contra Caiet. ver. excommunic. cap. 50. qui censet ad incurriendam istam excommunicationem requiri, vt Religiosus actu audiat dictas facultates.

Dices; quid si Religiosus exeat animo audiendi dictas facultates, sed postea mutet voluntatem, non tamen regrediatur intra duos menses, incurritne istam excommunicationem?

Respond. Bonac. n. 8. ex Panorm. incurrire: cum mutatio voluntatis in isto casu non tollat materiam excommunicationis, in eo consistente, quod Religiosus egreditur animo audiendi præfatas facultates, & non reuertatur intra 2. menses: siquidem in textu dicitur. *Si exierint, & non redierint;* non autem dicitur, *si animum non mutauerint.* Ita Bonac. contra Suar. Sayr. Tolet. Sanctarel. & alios oppositum sustinentes, & quidem probabiliter iudicio ipsiusmet Bonac. qui bene monet n. 15. in cap. non magnopere, verba illa, *post votum Religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem,* sumi tanquam synonima, & sequentia apponi ad maiorem declarationem precedentium, itavt ibi votum, & professio non significant res diuersas, sed unam, ac eamdem.

Dubitant hic etiam DD. vtrum incurrit hanc excommunicationem Religiosus, qui exit è monasterio, non ad audiendas Leges, aut Medicinam, sed ad eas docendas: & ratio dubitandi est, quod in cap. non magnopere, disertis verbis excommunicantur Religiosi exeentes ad legendam Medicinam, aut Leges: ibi enim dicitur. *Statuimus, ut nulli omnino post votum Religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionem ad Physicam, Legesve mundanas legendas permittantur exire;* verbum autem, *legere,* significat potius docere, quam audire.

Respond. videri non incurrire; ratio est, quia Honor. III. in cap. super specula, ne Clerici, vel monachis, confirmans

**175.**

**175.**

**179.**

**180.**

**176.**

**177.**

**178.**

175.  
confirmans istam excommunicationem, cāmque extēdens ad Clericos vacantes Legibus, & Medicinæ, loquitur solum de exentibus ad audiendas Leges, aut Physicam, refertque præsentem excommunicationem Alexandri III. tanquam latam in audientes, non autem in docentes, his verbis: *Contra Religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendas Leges, vel Physicam Alexander predecessor noster statuit in Concilio Turonensi, ut nisi infra 2. mensium spatium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus euentur; vt proinde dicendum videatur verbum, legere, in cap. non magnopere, sumi pro studere: cūm sic interdum vulgo accipiatur, & Honorius modo dicto illud interpretatus sit.* Ita Suar. n. 17. Filluc. num. 129. Sanctar. n. 18. Nauar. c. 27. n. 116. & alij contra alios, & maximè contra S. Antonin. Ostiens. Archidiac. & Syluest. relatos à Suarez; qui benè addit n. 18. Religiosum dictis facultatibus studentem post exitum è claustro affici hac excommunicatione, etiamsi priuatim studeat; non quidem, quod per se vacet eiusmodi doctrinis, sed quia exiuit animo audiendi illas, & in eo persistit post tempus duorum mensium.

179.  
Addit Sanctarel. num. 17. Religiosum exeuntem è claustro ob alios fines principales (v.g. ad peragenda aliqua negotia) non incurtere istam excommunicationem, etiamsi hac occasione simul studeat Legibus, aut Medicinæ: sic enim non dicitur exisse animo vacandi dictis facultatibus; quod requiritur ad contrahendum istam excommunicationem; intellige, nisi forte Religiosus in isto casu, mutato animo, postea principaliter maneat extra claustrum vltra 2. mensies ad effectum studendi præfatis disciplinis: Ita Sanctarel. quod tamen negat Bonac. vt constat ex dictis sup. §. grauior difficultas, & non improbabiliter.

Quæres VI. Quandonam Regulares incurvant excommunicationem latam in Clem. I. de sent. excommunic. contra Religiosos non seruantes interdictum, aut cessationem à diuinis.

180.  
Respond. incurvare, si interueniant 4. conditiones: prima est, vt Interdictum sit generale, quo scilicet interdicatur regnum, prouincia, diœcesis, ciuitas, villa, aut castrum: secunda quod sit latum auctoritate Sedis Apostolicæ, sive ab Ordinariis locorum, sive à Concilio prouinciali (Episcopi enim non possunt propria auctoritate imponere Interdictum speciale in Ecclesiis Regularium, vt ostendemus infra suo loco) tercia, quod Interdictum generale seruetur ab Ecclesia Cathedrali, vel (sicubi non adest Cathedralis) ab Ecclesia Matrice, seu Parochiali, quæ etiam dicitur baptismalis: quarta est, quod Regulares sciant Interdictum reuera fernari à Cathedrali, aut Matrice Ecclesia; patet responsio ex Clem. I. citata, quæ sic habet. *Circa Interdictorum observationem auctoritate Sedis Apostolicæ, vel à locorum Ordinariis positorum de Frairum nostrorum consilio districte præcipiendo mandamus, quatenus Religiosi quicumque tam exempti, quam non exempti cuiuscumque Ordinis, & conditionis existant, cum Cathedram, vel Matricem, seu Parochiam loci Ecclesiam illa viderint, aut scierint obseruantes. Et quidem, quod ibi sit sermo solum de Interdictis generalibus, colligitur ex verbis illis, quæ ibidem immediatè ante præmittuntur, ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum generalia Interdicta præsumptione dannabili violare presumunt.*

Quod si dicas hinc sequi, ignorantiam crassam, aut supinam posse excusare ab incurvanda ista excommunicatione; cūm præsumptio, quæ hīc videatur prærequiri per verbum præsumunt, supponat scientiam, aut saltem ingentem temeritatem, quæ scientiæ comparatur.

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. II.

181.  
Respond. negando sequelam; & ratio negandi est, quod Papa in cap. non magnopere, absolute excommunicat Religiosos non seruantes Interdictum generale, nec requirit præsumptionem, tanquam materiam istius excommunicationis, sed solum eam fert occasione præsumptionis, quām alijs Religiosi hac in re committebant, & pro materia talis excommunicationis exigit violationem Interdicti moraliter culpabilem; vt benè aduerit Bonac. D. 2. de censur. in partic. q. 8. p. 14. n. 8. ex Cardin. & aliis.

182.  
Cæterum, quod diximus de Religiosis non seruantibus Interdictum, proportionaliter etiam dicendum est de Religiosis non seruantibus cessationem generalem à diuinis impositā auctoritate Concilio prouincialis, sive à Capitulo, Collegio, aut Conventu sacerdotalium, vel regularium Ecclesiarum habente facultatem ferendi huiusmodi cessationem ex consuetudine, aut alia ratione; id quippe expresse habetur in citata Clem. his verbis: *Quod etiam in Interdictis, & cessationibus à diuinis indictis per Conciliorum prouincialium statuta, vel ipsorum auctoritate volunus obseruari: in cessationibus verò generalibus à diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex consuetudine, vel alias capitula, collegia, vel conuentus sacerdotalium, vel regularium Ecclesiarum sibi vendicant, idem intelligimus obseruandum.* Vbi notat Bonac. n. 8. quod, licet in his verbis non repetatur expresse excommunicatione, ea tamen aperte subintelligitur ex connexione verborum, quæ in fine apponuntur idem intelligimus obseruandum; quamquam, cūm textus loquatur de cessatione lata à Concilio prouinciali, capitulo, collegio, aut conuentu, præsens excommunicatione non incurritur à Religiosis non seruantibus cessationem à diuinis latam à particulari persona; vt aduerit idem Bonac. & recte; cūm odia non debeant ampliari, sed restringi.

Vtrum verò attenta Clementina hic citata, præsint Regularibus priuilegia ipsis concessa, quoad celebrandum, & admittendum laicos ad diuina tempore Interdicti.

183.  
Respond. non prædæsse, si eiusmodi priuilegia concessa erant ante Clement. ex frequentibus de sent. excommunic. editam à Clemente V. qui anno 1305. die 6. Iulij creatus fuit Papa, & obiit 20. April. 1314. siquidem in dicta Clem. omnia illa priuilegia reuocata sunt his verbis, non obstantibus priuilegiis, conventionibus, statutis, & consuetudinibus quibuslibet. Ita Bonac. n. 11. addens probabile videri, quod priuilegia Regularibus concessa pro tempore Interdicti post præfatam Clementinam non fuerint reuocata in Conc. Trid. idque ob rationes à nobis adductas in tract. de priuileg. cap. 5. sect. 2. q. 24. §. probatur.

Dubitant hic etiam DD. an Regulares sub ista excommunicatione teneant seruare Interdictum, si videant illud seruari quidem ab Ecclesia Matrice, non item à parochiali, intra cuius ambitum extat eorum Monasterium.

184.  
Respond. teneri, cūm textus loquatur alternatiue, ac disiunctiuè per clausulam vel, dicens, cūm Cathedram, vel Matricem, seu parochiam loci Ecclesiam illa viderint, aut scierint obseruare; vnde sufficit Interdictum seruari ab alterutra illarum, videlicet à Cathedrali, aut à Matrice Ecclesia.

185.  
Quod si contingat interdicti oppidum, in quo non extet Cathedralis, & multæ parochiales æquè principales, in quarum singulis Sacra menta administrantur suis parochianis, & in aliquibus eorum seruetur Interdictum, in alijs non; tunc Regulares non seruantes Interdictum haud incurvunt istam excommunicationem; idque esto parochialis, intra cuius

## 66 De Excom.latis cont.Regul.ac reseruatis.

ambitum extat eorum monasterium, seruet Interdictum; ratio est, qua sic non est verum dicere parochialem illius oppidi seruare Interdictum, sed aliquam seruare, aliam non: cum tamen ad contrahendam istam excommunicationem simpliciter, & absolutè requiratur, quod Ecclesia parochialis seruet Interdictum, & alioqui in materia pœnali non sit facienda extensio. Secùs dicendum est, si omnes illæ parochiales seruarent Interdictum: sic enim verum esset dicere Ecclesiam parochialem seruare Interdictum, vt patet ita Tol. lib. cap. 139. in fine aliisque communiter teste Sayro lib. 3. de censur. cap. 33. num. 46. qui benè monet num. 48. quod, licet Religiosi violantes Interdictum nō seruat ab Ecclesia Matrice effugiant istam excommunicationem; incurruunt tamen alias pœnas latas in cap. fin. de excess. Prelat. &c. episcoporum de priuil. in 6. vbi habetur, quod Clerici sacerdtales, & Religiosi sunt suspensi ab officio, & beneficio, & omni iurisdictione, & eis interdictus est ingressus Ecclesia, & sunt irregulares, & inelegibiles actiue, & passiuè; sed de hoc infra.

186. Addit Sayt. quod si sententia Interdicti verè non ligat, impidente appellatione, aut alia nullitate, & Ecclesia Matrix eam seruer; Regulares non seruantes contrahunt istam excommunicationem, non item alias pœnas; quando autem Matrix seruat Interdictum, & illud tenet, tunc Religiosi afficiuntur utrisque pœnis: quando denique Interdictum non tenet, nec seruatur à Matrice, tunc neutris pœnis ligantur Religiosi; quæ sunt valde aduertenda.

QVÆRES V II. In quibus casibus Regulares incurruant excommunicationem in Clement. i. de decimis latam contra Religiosos sibi usurpantes decimas, aut illarum solutionem impedientes, vel non permittentes,

187. Respond. incurre, si noualia, aut decimas Ecclesiis debitas sibi approprient, aut usurpent, aut prohibeant, aut non permittant eas solui: & alias nullam habeant administrationem, aut beneficium ecclesiasticum; secùs, si habeant administrationem, aut beneficium; tunc enim si quam prædictarum actionum exerceant, non incurruunt istam excommunicationem, sed suspensionem à præfata administratione, aut beneficio. Constat ex citata Clementina, quæ ita habet: Religiosi quicumque qui noualium, aut alias decimas Ecclesiis debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumperint, aut exquisitis fraudibus, sine coloribus usurpare: seu qui de terris, quas tradunt alijs excolendas, decimam solui Ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint, nisi post requisitionem per eos, quorum intererit, super hoc eis factam à præmissis desisterint intra mensum, aut de ijs, quæ contra præmissa usurpare vel retinere præsumperint, intra 2. menses damnificatis Ecclesiis emendam non fecerint competentem, sint, & tandem maneant ab officiis, administrationibus, & beneficiis suis suspensi, donec desisterint, & satisfecerint, quod si Religiosi huiusmodi administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu, quo alijs supradicti suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurruant, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi priuilegiis non obstantibus quibuscumque. Vbi notandum istam excommunicationem non incurri à Religiosis, statim ac fecerunt aliquam ex actionibus supradictis hinc prohibitis, sed solum post certum tempus elapsum; nimirum post duos menses, si decimas usurparunt, & intra tale spatum debitam satisfactionem non præstiterunt; post unum verò mensum, si decimas prohibuerunt, aut non permiserunt solui, & intra tale tempus non satisfecerunt; quamquam isti non contrabant istam cen-

surā, nisi omittant satisfacere post admonitionem iis hac de re factam: quæ tamen admonitio, cum non sit canonica, & textus loquatur in singulari, nisi post requisitionem, sufficit, quod sit vnica; nec opus est, vt fiat Religiosis usurpatibus decimas; cum textus eam præcipiens quoad Religiosos prohibentes, aut non permitentes solutionem decimatum sit alius à textu, qui loquitur de eas usurpatibus: vnde murum non est, quod clausula, posita in uno textu ad alium non extendatur; quod negant Suar. D. 31. de censur. sect. 6. num. 9. & alij penes Bonac. supr. part. 12. num. 5. qui notat spatum diorum mensium supradictorum incipere à die, qua Religiosi præsumperunt usurpare decimas (in hoc enim casu requiritur præsumptio, vt patet ex textu) mensem verò assignatum prohibitibus, & non permittentibus solutionem decimatum à die admonitionis inchoari.

192. Superest modò, vt explicemus, quid hinc intelligatur per noualia; decimas; appropriare; usurpare; non permittere, & prohibere: sic quippe magis declarabitur præsens excommunicatio.

188. Respond. ergo nomine Noualium, intelligi agtos, qui ab hominum memoria antea culti non fuerant, & Ecclesia nullum, aut modicum fructum inde percipiebat, modò autem ad culturam redacti sunt: nomine Decima intelligitur quota bonorum, id est pars certa debita Ecclesiae Ministris in ipsorum subsidium: appropriare, seu usurpare est rem alienam sibi vendicare tanquam propriam, seu tanquam sibi debitam; etò constet ad alium pertinere: non permittere est impedire, non negatiuè se habendo, sed aliquo facto (v.g. metu) ne decimæ soluantur: denique prohibere est verbis obstat, ne decimæ soluantur.

189. Hanc porro excommunicationem contrahunt omnes Religiosi aliquā ex præfatis actionibus prohibitis exercentes, etiam Ordinū Militarium, qui sint viri Religiosi, etiam fœminæ, nempe Moniales; si quidem textus loquitur generaliter Religiosi quicumque; & nomen Religiosi generaliter prolatum extendit ad fœminas religiosas; cùm masculinum concipiatur etiam fœmininum; vt notant hinc communiter DD. ex Gloss. inter quos Suar. supr. cum Sylu. & Nau. aduertit quod, cùm hinc nomen Religiosi, sumi debeat formaliter de Religiosis in suo statu viuentibus, isti excommunicationi non subiiciuntur Regulares translati ad Ecclesiam saceralem, vt eius bona, & fructus administrent: quod est contra Rosalam v. excommunic. casu. 39.

190. Adde quod, quamuis ista excommunicatio de se non sit reseruata; in eo tamen sensu est reseruata Pape quatenus Religiosus delinquens contra illam non potest ab ullo absolui ante satisfactionem præstitam, vt constat ex iis verbis, quæ habentur in textu, ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi. quod ingeniosè aduertit Bonac. supr. num. 10. monens num. 11. Religiosum, qui incurrit istam censuram, statim ac præstitit debitam satisfactionem, non manente eo ipso absolutum absque alia absolutione, sed indigere absolui; sicuti innuitur per verba modò allegata ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi, quæ indicant Religiosum, qui contraxit istam censuram, non esse aboluendum ante præstitam satisfactionem, absoluendum tamen statim ac debite satisficerit.

191. Dices, incurrent Regulares istam excommunicationem ex eo præcise, quod ipsi non soluant decimas, ad quas alioqui tenentur,

Respond. non incurre; cùm textus non loquatur de non soluente decimas, sed de usurpante, vel prohibente, seu non permittente eas solui; & alias in

# Tract VII. Cap. II. Sect. III.

67

in pœnis non debeat fieri extensio à casu expresso ad non experessum.

**192.** Ignorantia denique excusat ab incurrienda ista excommunicatione, non quidem in casu, quo Religiosus prohibeat solui decimas, sed in casu, quo eas sibi appropriet, aut usurpet. Ratio disparitatis est, quod in priori casu ad incurrendam istam censuram prærequisitur admonitio, post quam dari non potest ignorantia; nisi forte delinquens, posita tali admonitione, obliuiscatur illius, aut certè ex rationabili motu dubium practicè deponat; in posteriori autem casu, cum textus requirat præsumptionem, consequenter requirit & scientiam, quæ utique non adest, vbi adest ignorantia.

**Quæres VIII.** Quinam Regulares incurvant excommunicationem in Clement. 1. de statu monach. latam contra monachos, & Canonicos regulares adeuntes Curias Principum ad nocendum suis Prælatis, aut Monasteriis, quidque requiratur ad incurrendam istam excommunicationem.

**193.** Respond. non incurtere, nisi Monachos nigros (id est Benedictinos) & Canonicos Regulares, non habentes ullam administrationem, sive temporalem, sive spiritualem; requiri verò ad incurrendam istam excommunicationem, quod supradicti accedant ad Curias Principum animo nocendi suis Prælatis, sive immediatis, sive mediatis, aut suis monasteriis; patet ex Clementina citata, quæ ita habet: *Nos eorum in hac parte reprobis ausibus obnubare volentes hoc editio perpetuo prohibemus, ne Monachi, aut Canonicci Regularis administrationem aliquam non habentes ad Curias Principum absque speciali Prelatorum suorum licentia se conferre presumant: quod si, vi suis Prælatis, aut Monasteriis aliquid damnum inferant, ad dictas Curias se conferre præsumperint, excommunicationis sententiam eos incurvere volumus ipso facto.*

**194.** Dixi non incurtere, nisi Monachos nigros; sic enim docent Suar. D. 23. de censur. sect. 5. n. 4. Filliuc. tract. 14. n. 139. Angel. ver. excommunicatio 7. casu 38. & alij: quamquam Bonac. supr. D. 2. q. 8. p. 9. n. 12. cum Tolet. Panorm. & Sylvest. dicat probabilitus esse ista excommunicatione comprehendendi omnes Monachos: siquidem textus absolutè loquitur, & sine limitatione; esto Papa ab euagatione Monachorum nigrorum occasionem sumperit edendi istam Constitutionem; unde, quando excommunicationem impo- sit, eam indistinctè posuit contra Monachos, & contra Canonicos Regulares, de quibus antea mentionem non fecerat; illud quidem pro certo habendum est, hac excommunicatione non ligari quoslibet Religiosos, sed tantum Monachos, & Canonicos Regulares: cum textus solum meminerit istorum; & verba in materia pœnali, ac odiosa ampliati non debeant; sed restringi: præterquam quod, alias frustra exprimerentur Canonicci regulares, si in ista excommunicatione comprehendenderentur omnes Religiosi: cum perspicuum sit omnibus Canonicos Regulares esse Religiosos.

**195.** Ex eo autem, quod diximus ad incurrendam istam excommunicationem requiri accessum ad Curias Principum, ac intentionem nocendi suis Prælatis, aut Monasteriis; sequitur non affici ista excommunicatione illum Religiosum, qui vel habens animum nocendi suis Prælatis, aut Monasteriis mittit tertium ad Curias Principum; vel inchoat iter ad prefatas Curias, sed pœnitentia ductus mutat voluntatem, Curiásque ingreditur alio animo; vel prauo illo animo egreditur è monasterio, sed detenus morbo, aut alio impedimento non potest ingredi Curias.

E contra subiacet huic excommunicationi Religiosus, qui causa negotiorum Monasterij inchoat iter ad Curias Principum sacerdotalium, sed in progressu itineris statuit damnum inferre suis Prælatis, aut Monasteriis, talique animo Curias ingreditur; qui ad dictas Curias accedit prauo illo animo, nullum tamen reuera damnum infert suis Prælatis, aut Monasteriis (non enim sub ista censura prohibetur actualis damnificatio, sed accessus ad Curias cum animo damnificandi;) qui ad Curias accedit animo nocendi toti suæ Religioni: sic quippe intendit etiam nocere suo Monasterio; cum damnum totius Religionis cedat in damnum sui Monasterij, secùs, si accedat animo nocendi alij Religioni, aut etiam alij Monasterio sui Ordinis; si quidem, cum textus loquatur de nocentibus suis Prælatis, aut Monasteriis, & ly suis, propriè, ac strictè sumi debeat, prout habet relationem ad ipsummet Religiosum delinquente, non potest extendi ad nocentem alteri Monasterio eiusdem Ordinis, quippe quod nequit dici suum, id est Religiosi nocentis.

Maior difficultas est, an incurrat hanc excommunicationem Religiosus, qui bono animo Curiam ingressus est, sed postea, mutata voluntate, ibi commoratur animo nocendi suo Prælato, aut monasterio.

**197.** Respond. quod, quamvis Suar. supr. n. 6. & Filliuc. n. 141. valde probabiliter putent in hoc casu incurri excommunicationem, eo, quod in textu non tam prohibeatur accessus ratione itineris, quam ratione existentia, seu assistentia in Curia ad nocendum; probabile tamen videtur etiam oppositum, quod docet Bonac. num. 4. ea ductus ratione, quod in materia pœnali non est facienda extensio ultra propriam significationem verborum, & alioqui non est identi conferre se ad Curias, ac in Cutiis existere, unde censura lata contra se conferentes ad Curias animo nocendi non debet extendi ad eos, qui existunt in Curia tali prauo animo, à diuersis enim non fit illatio.

Illud hinc bene monent DD. Religiosum, qui ad Curias Principum accedit supradicto animo nocendi, subiacere huic censuræ quantumvis accedat cum licentia proprij Prælati; probantque ex eo quod, licet in praesenti textu prescribatur, aut nullus Monachus, vel Canonicus Regularis ad Curias Principum se conferre presumat absque speciali licentia, nihilominus, dum imponitur excommunicatio accederentibus animo nocendi, nulla fit mentio de licentia, adeoque sive fiat accessus de licentia, sive absque licentia, incurritur censura, modò accessus fiat eo prauo animo.

**198.** Quod autem diximus istam excommunicationem non incurri à Religiosis ad Curias Principum accedentibus animo nocendi, si administrationem habeant: intelligendum est de administratione tam temporali, quam spirituali; nam textus absolutè loquitur administrationem aliquam non habentes; sèpèque contingit, vt habens administrationem spirituali neceesse habeat accedere ad curias Principum, vt docet expertientia, & aduertit Suar. n. 5. quod est contra Sayr. docentem per administrationem hinc intelligi perceptionem fructuum temporalium, non spiritualium, & Religiosum habentem administrationem affici ista excommunicatione, si ad curias Principum accedat præfato animo nocendi: quod tamen alij communiter negant, & bene.

**Quæres IX.** Quid requiratur ad hoc ut Regulares incurvant excommunicationem in Clement. Cui pientes de pœnis, latam contra Religio-

## 68 De Excom latis cont Regul non reseruatis.

200. **sos retrahentes auditores à solutione decimaru.**  
**Respond.** requiri quod in concionibus, aut etiam in priuatis locutionibus aliqua proferant intentione retrahendi auditores à solutione decimaru, quæ sint debita Ecclesiæ, eiusue Ministris ecclesiasticis non ex voto, gratitudine, aliisque simili titulo, sed ex iustitia; siue postea sequatur effectus (quod scilicet auditores retrahantur à decimis soluendis) siue non; Quamquam Filliuc. *supr. num. 147.* videatur inclinare non incurri istam excommunicationem, nisi re ipsa sequatur effectus: quod negant alij cum *Suar. n. 37.* & merito: cum ista censura non imponatur pro ipsa tractione (alioqui Papa dixisset retrahunt, non, ut retrahant) sed persuasione. Patet responsio ex Clem. citata *Cupientes*, vbi hæc habentur. *Ilos etiam Religiosos, qui aliqua, ut audientes à decimaru Ecclesiæ debitariū solutione retrahant, in sermonibz suis, vel alibi proferre presumunt, excommunicationis sententia subiacere decernimus ipso factb.*
- Quod si queras, vtrum ista excommunicatio extendatur ad omnes Regulares, etiam fœminas.
201. **Respond.** extendi quidem ad omnes viros Religiosos; cum textus in hac dispositione indistinctè lequatur de Religiosis, esto in præcedentibus loquutus fuerit solum de Mendicantibus, contra quos alia de causa tulerat excommunicationem; non extendi tamen ad fœminas religiosas; cum textus loqui videatur solum de viris Religiosis; quippe quorum proprium est sermonem habere, & fidelibus aliqua suadere. ita Bonac. *supr. part. 13. n. 10.* cum Gloss. & Nauar. contra Tol. *supr. excom. 10.* putantem etiam fœminas religiosas subiacere isti censuræ, si istam Constitutionem transgrediantur.
202. **Aduertit** autem Filliuc. *tract. 14. num. 147.* istam excommunicationem extendi ad illos Religiosos, qui neglexerint suadere consitentibus solutionem decimatum, &c, negligentia non purgata, præsumpsērunt prædicare; ad hoc tamen ut iis imputetur talis negligentia, requiriri, ut admoneantur hac de re à Prælatis Ecclesiæ, & quod prædicens, unde sit, vt, si præfata negligentia commiserint, sed non prædicens, nullatenus istam incurrit censuram. Imò addit Bonac. *n. 12.* cum Tab. Ledef. & Sayr. Religiosum in proposito casu prædicantem, non purgata contumacia, non incurrit istam excommunicationem, nisi habita comoditate eam purgandi omiserrit purgare: alias minus recta expositio desumitur ex textu: cum impossibilium non sit obligatio.
- QVÆRES X. Quo casu Regulares incurrit excommunicationem in Clem. 1. *de consang. & affinit.* latam contra Religiosos matrimonium de facto contrahentes.
203. **Respond.** incurrire, si approbatam Religionem tacite, aut expressè professi sunt (quo modo etiam comprehenduntur Religiosi Soc. Iesu, qui vota benni simplicia emiserunt) & matrimonium de facto contrahant: siue illud consummum, siue non, ius enim absolute, & simpliciter sub ista censura prohibet contrahere matrimonium, quale sine dubio est etiam matrimonium non consummatum, ut patet. Et quidem quod Religiosi Soc. Iesu supradicti comprehenduntur ista censura, constat ex eo quod licet iij tunc non emitant solemnem professionem, per ea tamen vota simplicia sunt veri Religiosi; ut constat ex bulla Greg. XII I. quæ habetur in Bullario Soc. pag. 219. & incipit. *Quarto fructuosis.* ita Bonac. *supr. quest. 2. part. 7.* & alij, quos refert, & sequitur Filliuc. *num. 144.* qui tamen, cum dicat solum hanc sententiam esse veriorem, consequenter admittit etiam oppositam esse probabilem. Dixi, & matrimonium de
- facto contrahant: de iure enim non possunt contrahere; cum matrimonium per professionem religiosam, imò & per vota simplicia Soc. Iesu fiat nullum; quamquam, cum matrimonium ratum sit quid diuersum à sponsalibus: si contingere Religiosum professum initio sponsalia cum aliqua fœmina, non ideo contraheret istam censuram; quippe que lata est contra contrahentes matrimonium, non autem contra contrahentes sponsalia: cum tamen à diuersis non fiat illatio, præterim in materia penali.
- QVÆRES XI. In quibus casibus Regulares incurrit excommunicationem latam in Clem. 1. *de relig. domib.* contra Religiosos fontes statum Beguinarum.
204. **Respond.** incurrire, siue eas admittant ad eum statum, siue eis dent auxilium, consilium, aut fauorem ad prædictum statum assumendum, vel certè ad persistendum in eo. ita Bonac. *supr. quest. 26. num. 2.* paterque ex citata Clem. si solum aduertero, quod, licet ista censura extendatur ad omnes mulieres statum Beguinarum assumentes, aut assumptum sectantes: sub iis tamen non comprehenduntur Tertiariæ, Virgulinæ, aliæque similes fœminæ, quæ viuunt sub regula tolerata; idque etiamsi fortè habitus harum sit similis habitui, quo Beguinæ vtebantur; cuius verò conditionis fuerint Beguinæ, colligi potest abundè ex citata Clement.
- Quod autem spectat ad excommunicationem in Extrauag. *Sancta Romana Ioan. X XII.* sub titulo *de relig. domibus*, latam contra profitentes fidem Religionem Fraticellorum, non est cur diutius in eius explicatione immoremur; cum hodie falsi illi Religiosi non extant, & talis excommunicatione non extendatur ultra illos.
- QVÆRES XII. Qui Regulares incurrit excommunicationem in cap. vn. *de excess. Prelat. in 6.* latam contra Religiosos recipientes nouas domos, vel iam receptas alienantes absque licentia Papæ, & quibus in casibus illam incurrit.
205. **Respond.** non incurrire, nisi Religiosos Mendicantes (de his quippe solum loquitur textus, & quidem generaliter) requiri autem, & sufficere ad incurriendam istam excommunicationem, quod præfati Religiosi vel recipiant noua loca ad habitandum (cum quo stat, ut possint ea acquirere causa recreationis, aut hospitiij) vel mutent loca iam recepta, vel certè ea alienent absque licentia Papæ: & hoc, quantum est ex vi istius iuris: si enim attendantur prærogativa Regularium posteriora hoc iure, ij possunt sine licentia Papæ recipere noua loca; ed maximè quod circa monasteria constructa post supradictam Clementinam non habent locum duæ ultimæ actiones hic prohibitæ; nemirum transferendi, & alienandi; cum id statutum fuerit tantum de domibus constructis usque ad tempus Clementis V. aut Bonifacij VII I. non autem de posterioribus. ita Filliuc. *num. 145.* aliiqne penes Bonac. *supr. quest. 8. p. 2.* qui bene notant vi istius prohibitionis non interdici Mendicantibus, quin possint domos antiquas reficere, imò & augere, nouaque loca acquirere causa recreationis, vel hospitiij, ut iam dictum est.
- QVÆRES XIII. Qui Regulares incurrit excommunicationem latam contra Religiosos sine debita licentia se transferentes ad alios Ordines, nec non contra eos admittentes.
206. **Respond.** in terminis quidem Leonis X. in bulla Unionis incurrire Fratres Reformatos transeuntes ad Fratres Conuentuales, aut recedentes ab obedientia suorum Superiorum, præterquam in casu, quo Capitulum prouinciale indicaret esse minus malum

malum aliquem Reformatum ad nondum Reformatos dimittere, quām ipsum retinere inter Reformatos(hic autem est sermo de Reformatis, & Conuentualibus S.Francisci:) in terminis verō Pauli III: Iulij III. & Sixti V. qui similes Constitutiones ediderunt, incurre, tum Capucinos recipientes Fratres Minores de Obseru. sine Facultate Papæ, aut licentia in scriptis eorum Provincialium Ministrorum: tum ipsosmet Fratres de Obseru. præsumentes transire absque præfata licentia ad Capucinos; in terminis denique Iulii II. in Bulla, quæ incipit, *Exponi*, incurre Fratres Minimos, qui sine licentia Papæ recipiunt, aut retinent Fratres Ordinis Minorum de Obseru. ita Bonac. *supr. q. 8. p. 3.* Filliuc. n. 150. & per se patet, præsettum attentis iis, quæ diximus *scilicet præced.*

**QVÆRES XIV.** Qui Regulares incurrant excommunicationem in Clem. ne in agro, de statu Monach. latam contra Religiosos detinentes arma intra monasterium absque licentia Abbatis, quidquid requiratur ad eam incurrendam.

**187.** Respond. non incurre, nisi Monachos nigos (de his enim solum loquitur textus) ad eam verō incurrendam requiri, ut dicti Monachi sine Abbatis licentia, saltem tacita, præsumant detinere arma, siue offensiva, siue defensiva, quæ scilicet sunt instrumenta per se instituta ad usum bellicum, siue publicum, siue priuatum, (cuiusmodi sine dubio non sunt cultelli ad usum domesticum seruientes, lapides, ligna, &c.) præsumant, inquam, detinere intra septa Monasterij, siue in cella, siue extra illam, dummodo sint intra totum illud spatium, extra quod non licet exire sine licentia Abbatis: patet responsio ex citata Clem. quæ ita habet: *Prefata quoque sententia id est, excommunicationis latæ sententiæ: Monachos intra septa Monasteriorum sine licentia Abbatum suorum arma tenentes decernimus subiacere; vbi notat Suar. supr. sect. 5. num. 8.* istam censuram non extendi ad Monachos arma detinentes modo dicto, si id faciant in iustam defensionem, quod est verissimum. Dixi præsumant detinere, ut indicarem ad incurrendam istam censuram requiri præsumptionem: cum enim hic dicatur *prefata sententia*, subintelligitur verbum *præsumperim*, in eodem textu superius positum, unde sit, ut detinens arma in Monasterio bona fide, vera, aut saltem putata nullo modo incurrat istam censuram. Et quidem quod hæc excommunicatione liget solum Monachos nigos, docent Suar. *supr. 5. 8.* & Filliuc. tr. 14. n. 142. at dissidenti Sylu. Tolet. & Sayr. quos citat, & sequitur Bonac. *supr. p. 16. n. 6.* dicens hanc excommunicationem afficere omnes Monachos: cum textus generaliter loquatur de Monachis, & lex generaliter loquens generaliter debeat intelligi.

**188.** Addit Nald. *v. Relig. n. 50.* ex dect. S. Congreg. edito 1614. omnes Religiosos in statu Mediolanensi degentes prohiberi habere in Ecclesiis, aut Monasteriis arma cuiusvis generis prohibita; præsertim scelopos rotatos, tam longiores, quam breviores: id que sub pena excommunicationis latæ sententiæ, quam S. Congreg. sibi reseruauit, ac insuper priuationis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum, & inhabilitatis ad quæcumque officia impostorum obtinenda ipso facto absqueulla declaracione incurrena: sic quippe habet Decret. S. Congreg. quod refert ipse Nald. loc. cit. ad cuius intelligentiam solum aduerto in eo habeti verbum, *audeat*, vel *pr. sumat*, ac proinde ad incurendas istas penas requiri præsumptionem; ipsumque non obligare extra statum Mediolanensem.

**QVÆRES XV.** Qualiter Regulares incurrant

excommunicationem latam in cap. Cler. ne cler. vel monachi, contra Sacerdotes habentes officium Vicecomitis, aut alterius Præpositi secularis.

189.

Respond. tunc demum incurtere, quando Sacerdotio initiati assumunt huiusmodi officia secularia, & commoniti (intellige à proprio Prælato regulari) ea à se non abdicant. Colligitur ex citato cap. Cler. & inter excommunications latas contra Religiosos refertur à Premulo in catalogo excomm. cap. 3. n. 25. Dixi, & commoniti: in textu siquidem ad incurrendam istam excommunicationem requiritur & præsumptio, & prævia commonitio; ut patet ex illis verbis: *Si quis autem contra hoc venire presumperit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi subiaceat*, vt adiungit Suar. *supr. sect. 3. n. 21.* addens, quod, licet in priori parte textus sit sermo tantum de Clericis constitutis in sacris, in posteriori tamen restringitur ad Sacerdotes his verbis: *Iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis Sacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpositi secularis;* unde cùm ius loquatur generaliter de quocumque Sacerdote, & sub ista vniuersalitate veniant etiam religiosi Sacerdores, mirum non est illos comprehendi sub ista excommunicatione.

190.

Is autem dicitur suscipere officium Vicecomitis, aut Præpositi secularis, qui vices Regis, aut alterius Principis secularis iurisdictione temporali sustinet: ex quo sit, ut non subiaceat isti censura Religiosus, qui nomine proprio, aut principis Ecclesiastici suscipit eiusmodi officium, eo quod, v.g. temporalis iurisdictio ipsi competet ratione patrimonij, aut beneficij, aut alio simili titulo. ita Bonac. *supr. D. 2. q. 5. p. 5. n. 2.* addens n. 4, sub *præsenti censura nequaquam prohiberi Religioso suscipere munus Consiliarij apud Principem secularis*, dummodo tale munus non exerceat in causa sanguinis proxime, & in particulari: sic enim incurret irregularitatem, ut infra.

**QVÆRES XVI.** In quibus casibus Regulares incurrant excommunicationem latam in Extrauag. Ambitione, de reb. eccl. non alien. contra alienantes bona ecclesiastica.

191.

Respond. incurrete in iis omnibus casibus, in quibus interuenit vera alienatio bonorum ecclesiasticorum: & hoc iuxta dicta in tract. de prohibitionibus cap. 8. quæst. 3.

**QVÆRES XVII.** Quid requiratur ad hoc ut Regulares incurrant excommunicationem latam à Pio V. in Constit. 48. quæ incipit *de salute gregis*, contra interessentes agitationi taurorum, & ferarum.

192.

Respond. requiri, ut tanquam spectatores ex proposito intersint eiusmodi agitationi, & quod agitatione sit talis conditionis, ut inde mors, vulnera, & alia damna id genus frequenter oriiri soleant. Unde sequitur quod si agitatione fiat cum ea circumspectione, ut probabiliter credatur gravia damna personalia inde non secutura, aut certè Religiosus intersit agitationi modo dicto periculose, sed obiter (v.g. occasione itineris, aut è loco ita distanti, ut, moraliter loquendo, non censeatur interesse) non incurrit istam excommunicationem, ita Aula. part. 2. de censur. cap. 5. D. 1. diff. 4. quod tamen negat Bonac. *supr. quæst. 5. part. 7. num. 2.* (& probabilius) quoad hunc ultimam casum. patet autem responsio ex verbis citato Constit. Pij V. quæ ita habent: *Clericis quoque, tam regulariibus, quam secularibus ecclesiastica beneficia obtinentibus, vel in sacris Ordinibus constitutis sub excommunicationis pena, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus.* Circa quæ verba norat Bonac:

# 70 De Excom.latis cont Regul.non reseruatis.

**213.** Bonac. num. 7. Religiosos professos , etiam nondum initiatos prima tonsura , aut ordinibus minoribus subiacere isti censuræ; non obstante , quod Pius V. in citata Constitut.loquatur de Clericis , tam regularibus, quām secularibus habentibus beneficia, vel constitutis in sacris : si quidem , vt notat Petr.Nau. lib.2.de restitut. cap.3.n.307. conditio beneficij , aut Ordinis sacri referunt solū ad Clericos sacerdtales, vt patet ex ipso verborum contextu Cler.quoque,&c.

**214.** Nonitij certè non comprehenduntur sub huiusmodi prohibitione ; quippe qui in odiosis non veniunt nomine Religiorum : quin etiam aliqui putant sub ea nec comprehendi Moniales; cum eæ non sint Clerici sacerdtales , aut regulares, de quibus illa loquitur : sed de hoc alibi. putat item Bonac.num.8. & 9. sub ea non includi laicos Religiosos Ordinum Militarium ; quippe qui à Gregorio XIII in bulla moderatoria allegata Constitut.Pij V. excepti sunt, modò in sacris non existant: quod non habet locam in Religiosis Clericis Conuentualibus eorumdem Ordinum Militariuin ; vt pote qui sunt verè Religiosi,& modo dicto non excipiuntur à Gregor.XIII.

**215.** Controversia est inter DD. virum excommunicationis, de qua hīc agimus , sit latæ sententiæ , an ferenda : Filliuc.enim tract.14.num.123. & alii putant esse latæ sententiæ , ea ducti ratione , quod , cùm Pius V. istam excommunicationem ipso facto tulisset contra príncipes , magistratus , ac gubernatores agitationem taurorum permittentes , eamdem excommunicationem extendit ad Clericos interessentes &c. Bonac.verò num.3. cum Auila,Gutier.Rodrig. & aliis censet illam excommunicationem esse solū ferendam ; probatque,tum, quia versamur in materia pœnali, quæ debet restringi iuxta propriam verborum significationem; cum tamen verba Extrauagantis Pij V. non videantur importare censuram latæ sententiæ, sed ferendam; vt patet ex ea clausula sub pena excommunicationis, quæ iuxta DD.importat censuram ferendam. vtraque opinio videtur probabilis : posterior tamen est magis pia , magisque accommodata humanæ fragilitati, eamque puto posse in praxi sustineri, tanquam turam.

**216.** **QVÆRES XVIII.** Quod modo Regulares incurvant excommunicationem latam contra Religiosos dantes , aut impetrantes officia Ordinis per fauorem, ac intercessionem personarum sacerdtales.

**217.** Respond. incurtere eo modo , quo dicimus in tract.preced.cap.13. quest.45. vbi præsentem excommunicationem paulo latius exposuimus.

**218.** **QVÆRES XIX.** Qui Regulares incurvant excommunicationem in Etrauag. de treng. & pace , latam contra Religiosos , & Parochos non seruantes pacem inter se factam.

**219.** Respond. non incurtere , nisi Religiosos Mendicantes in Germania degentes , & maximè in oppido Eslingeni, tam Dominicanos, Minores , & Carmelitas (quorum occasione edita est præfata Extrauagans) quām alios omnes Mendicantes , qui tales postea declarati sunt auctoritate Apostolica , & degunt in Germania partibus ; dicta enim Extrauag. loquitur generaliter de Mendicantibus, ideoque extenditur ad omnes Mendicantes , sive tunc præsentes, sive postea futuros ; cùm lex generaliter loquens generaliter debeat intelligi. Cæterum materia istius communicationis respectu Mendicantium comprehendit sex actiones ipsis prohibitas , ac expressas in relata Constitut. respectu vero Parochorum alias 4. actiones ipsis item prohibitas ac expressas in eadem Constitut. quæ cum sint ex se satis claræ, non egent fusiōni explicatione.

Moneo solū , quod quamvis ista excommunicatio recenseatur inter non reseruatas ; verè tamen dici potest reseruata, quatenus ante præstitam satisfactionem , ac consensum partis læsæ ea non potest auferri ab inferiore Papa; sic quippe statuitur in relata Extrauag. his verbis, à qua absolvi nequeant, nisi de consensu expresso partis læsæ , & debita satisfactione previa. ita Bonac.supr.quest.9.part.15. n.4. qui tamen iuxta doctrinam à se traditam D.1. de censur. in gen. quest.3.part.9.num.3.ex Auila, Sanchez, & aliis diceret , absolutionem istius excommunicationis collatam ab inferiori, non præmissa debita satisfactione, & non habito consentiu partis læsæ , fore illicitam, non tamen nullam , ac inualidam.

**220.** **QVÆRES XX.** Quo iure Regulares incurvant excommunicationem deferendo habitum proprium Fratrum Capuccinorum.

**221.** Respond. incurtere ex Constitut. Gregorij XV. quæ est 15.in ordine , & fuit confirmatio, ac innovatio Constitutionum Gregor.XIII.& Gregor.XIV. de hac eadem re editarum, vt constat ex eius tenore. Vnum hīc moneo ad incurriendam istam excommunicationem requiri præsumptionem; cum in allegata Constitutione abhabeatur verbum, præsumeret, adçoque bonam fidem , ignorantiam , ac inaduertentiam excusate ab illa incurrendo.

**222.** **QVÆRES XXI.** Quo iure incurvant Regulares excommunicationem impediendo alios Religiosos accedentes ad missiones Iaponicas , & aliarum Indiarum Orientalium , aut etiam ibi mercaturam exercendo.

**223.** Respond. incurtere ex Const.Vrb.VIII.in ordine 126. sive impedian Religiosos eiusdem Ordinis, sive alterius: siquidem Constitutio loquitur generaliter ac indefinitè de Religiosis destinandis ad dictas Missiones: lex autem generaliter loquens generaliter debet intelligi. Quamquam , cum impedire significet actionem, qua quis alteri obstat , ne aliquid faciat, ad incurriendam istam excommunicationem videtur requiri aliqua actio positiva , per quam impediatur accessus ; sive id fiat per vim , sive per metum, sive aliter iniuste; ad quod tamen non videtur sufficere, quod quis mandet , aut consulat : idque ob doctrinam Bonac.D.1.de censur.in part.quest.9.part.1.n.21.

**224.** **225.** Quod verò spectat ad Religiosos mercaturam in dictis missionibus exercentes ; ex eadem Constitut. Urbani VIII eamdem incurvant excommunicationem vna cum priuatione vocis actiua, & passiua, nec non officiorum, graduum , ac dignitatum quarumcumque , etiam inhabilitatis ad ea , & insuper amissionis mercium , ac luctorum ex eis factorum: quamcumque mercaturam, seu negotiationem exercant , sive per se, sive per alios , sive proprio, sive communitatís nomine , sive directe, sive indirecte, aut alio quouis prætextu, causa, aut colore; & quidē meritò, cùm maxima turpitudine sit proficiscentes ad lucra animarum adeò temporalibus lucris inhiare; cùm potius illud Genit.14. usurpare deberent , Da mihi animas, cetera tolle tibi.

**226.** **QVÆRES XXII.** Quomodo Regulares incurvant excommunicationem non faciendo professionem solemnam trium votorum religiosorum post absolutum nouitiatum , & quo iure.

**227.** Respond. incurtere ex Pij V. Constitut.76. in ordine , & quidem eo modo, quo dicemus infra cap.6. sect.1.quest.18.

**228.** **QVÆRES XXIII.** Quo iure Regulares incurvant excommunicationem non notificando suis subditis reuocationem viua vocis oraculorum factam ab Urbano VIII.

Respond.

<sup>217.</sup> 222. Respond. incurtere, si sint Praelati: & hoc ex Constit. Urb. VIII. in ordine 119. de qua inferius cap. 6. sect. 2. quest. 6.

Quæres XXIV. Quid requiratur ab hoc vt Regulares incurrant excommunicationem latam in cap. sciant cuncti de elect. in 6.

<sup>223.</sup> Respond. Requiri, vt per se, aut per alios præsumat vexare alios Religiosos Ordinis, eo quod rogati, aut inducti eum, pro quo rogarunt, vel inducebantur, eligere noluerunt; sic enim aperte colligitur ex iure citato, in quo puto sermonem esse, non de quacumque electione, sed solum de electione Praelati regularis: idque colligo ex Glossa ibi, quatenus ait nota 1. ex hoc quod vota debentum eligere Praelatum, debent esse libera; quod est signum textum loqui de electione Praelatorum, sive Generalis, sive Provincialis, sive etiam Localis: cum isti omnes sint Praelati Ordinis, adeoque procedat iuris regula. Vbi ius non distinguunt, nec nos distinguere debemus. non puto tamen istam excommunicationem extendi ad illos Religiosos, qui vexarent modo dicto Religiosos alterius Ordinis occasione eligendi proprium Praelatum; nam textus prohibens vexationem passiuam Electorum loquitur de iis, ad quos in aliquibus ecclesiis, monasteriis, aut aliis locis piis spectat electio: cuiusmodi utique non sunt Religiosi, de quibus hic.

Quæres XXV. In quibus casibus incurrant Regulares excommunicationem latam in 25. Constitut. Urbani VIII. contra recipientes, erigentes, fundantes, seu incæpta finientes noua monasteria.

<sup>224.</sup> Respond. incurtere, & quidem cum aliis pœnis referendis infra cap. 6. sect. 2. num. 43. si audeant, seu præsumant prætextu licentiarum, ac facultatum reuocatarum, non seruata debita forma, fundare, recipere, erigere, seu alijs quomodolibet instituere, seu incæpta finire, & absoluere noua monasteria, domos, & alia loca regularia.

Quæres XXVI. Quam excommunicationem Regulares incurrant recipiendo de bonis Novitiij ante ipsius professionem.

<sup>225.</sup> Respond. incurtere excommunicationem latam in Conc. Trid. sect. 25. de Regul. cap. 16. & à nobis explicatam in tract. de nouitatu cap. 6. quest. 7.

Quæres XXVII. Quam excommunicationem contrahant Regulares, si puellam cogant ad ingressum Religionis, aut certè illam ab ea auertant.

<sup>226.</sup> Respond. Contrahere excommunicationem latam item in Conc. Trid. supr. cap. 18. his verbis, Anathemati S. Synodus subiicit omnes, & singulas personas cuiuscumque qualitatis, &c. si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, paterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque Religionis, vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, & favorem dederint: quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem auctui, vel presentiam, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoq; anathemati subiicit eos, qui sanctam virginem, aut mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo, sive iusta causa impedierint, sed de hoc plura in nostro tract. de Monialib. cap. 2. sect. 1. quest. 18. & 19. & cap. 5. sect. 4. q. 11. interim qui vult, videat Bonac. de censor. in part. D. 2. quest. 2. part. & Dianam part. 3. tract. 15. ref. 56.

Quæres XXVIII. In quibus casibus Regulares subiaceant excommunicationi latæ à Pio V. in sua Constit. 71. contra impedientes præcedentiam Fratribus Dominicanis.

<sup>227.</sup> Respond. Subiacere, si sint ex Ordine Mendicantium, & audeant, vel præsumant molestare, inquietare, perturbare, aut quoquo modo impedit, quo minus præcedentiam habeant inter Religiosos quorūcumque aliorum Ordinum mendicantium, tam in sessionibus, & congregationibus quorumcumque generalium, prouincialium, synodalium Conciliorum, quā processionibus, ministeriis, & aliis actibus publicis, vel priuatis, in quibuscumque ciuitatis, oppidis, terris, castris, & aliis locis: idque, et si ibi ecclesiæ, domos. aut conuentus non habuerint, seu habeant, aut aliorum Ordinum mendicantium Fratres, & Religiosi in eisdem ciuitatibus, & locis antiquiores pro tempore, eorumque ecclesiæ, capelle, domus, & loca regularia ibi primò instituta, & fundata fuerint, eodem Fratres Prædicatores adhuc etiam per 100. annorum, aut diuturniūs, vel alijs quantumuis longè magis immemorabile tempus præcedere consueuerint, habetur expresse in citata Constitut. nec indiget ulteriori explicacione.

Quæres XXIX. Quo iure incurrant excommunicationem indebet alienando loca, aut bona iurisdictionalia pertinentia ad ipsorum monasteria.

<sup>228.</sup> Respond. incurtere ex Constitut. Urbani VIII. à nobis relata in tract. de prohibit. cap. 8. quest. 8. § porro, quæ incipit humana salutis: & quidem cum aliis pœnis proponendis infra cap. 6. num. 48.

Quæres XXX. Quo iure Regulares incurrant excommunicationem, si missi ad Indias in itinere immoretur, vel ad loca eis non destinata declinet.

<sup>229.</sup> Respond. incurtere ex Constitut. 56. Pauli V. idque quoquis prætextu id faciant sine licentia Superioris, & cessante legitimo impedimento. Quamquam, si aliquantulum diuertant, probabile sit eos non affici hac excommunicatione ob doctrinam datum in tract. de Monial. cap. 5. num. 55. ex Sanch. lib. 6. cap. 15. num. 61.

Quæres XXX. Quam excommunicationem incurrant, si libros edant non recognitos à suis Superioribus, & non obtenta eorum licentia.

<sup>230.</sup> Respond. incurtere excommunicationem latam in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. & à nobis explicatam in tract. 6. cap. 4. num. 4. non tamen reseruatam. pro cuius intelligentia suppositis iis, quæ diximus citato cap. 4. hic solum aliqua breuiter aduertenda sunt.

Aduerto ergo 1. ex Cast. Palao D. 3. de censor. p. 36. num. 1. nomine libri venire tantum scripturam tantæ magnitudinis, qua secundum communem, ac frequentem usum liber vocetur. Vnde fit, si post approbationem addas alias annotationes, & grossas insufficientes ad librum constituendum, non incurri hanc excommunicationem, in modo nec peccari mortali, seclusa malitia; vt colligitur ex Suarez D. 23. de censor. sect. 7. num. 3. Filiuc. tract. 14. cap. 6. quest. 2. Bonac. de censor. in part. D. 2. quest. 2. part. 16.

Aduerto secundum quod, cum principio libri apponi debeant nomen Authoris, & licentia Superioris, seu Ordinarij; si Author, seu compositor libri sub nomine alterius imprimi faciat librum: probabile est satisfieri decreto Concilij Lateranensis: licet enim ipse non fuerit libri author, & compositor; eo ipso tamen, quo sub eius nomine imprimitur, & euulgatur, constituitur Author illius; vt aduertit Bonac. sup. n. 9. intellige, si nomen sit verum, non fictitium (inquit Castr. Pal.) veramque personam representet, cui liber possit aptari: alijs, si sub nomine facto liber ederetur, liquet sine nomine Authoris edi: nomen enim Authoris, quod in præsen-

## 72 De Excom.latis cont. Regul.non reseruatis.

et exigitur, est nomen Authoris, qui requisitus rationem reddere possit de contentis in libro: quod persona ficta nequit praestare. Ita Castrus Palaeus, & ante illum Bonac. *supr.* qui tamen concedit (quod nos etiam admisisimus in citato *cap. 4. num. 26.*) non vide ri improbabile apponi posse nomen alterius in ius compositoris succendentis: ut si quis titulo donationis librum alicuius acquirat, eumque suo nomine imprimi faciat: nam hic succedit in ius Compositoris, sive ut potest iure illius: præterquam quod, esto hic, strictè loquendo, non sit Author compositionis, est tamen Author impressionis; & alioqui Concilium non distinguit de Authore compositionis, aut impressionis, ideoque videtur mens illius impleri, si ponatur nomen illius, qui eum librum imprimi curauit: at hæc ratio eludi potest facile ex dictis à Castro Palao; sive ipse Bonacina cautè subiungit hoc intelligendum esse, præcisissimis aliis circumstantiis: nam aliunde fieri potest incurri culpam: ut si liber aliqua contineat contra bonos mores, & is, cui liber inscribitur, in iis sit locis, in quibus ad reddendam præuitatis rationem cogi nequeat; tunc enim mens Concilij videtur violari. Vnde opinio Bonacinae probaretur melius; tum ex praxi, ac consuetudine non ignorata à Superioribus, & tolerata, quod libri edantur sub nomine alieno, immo interdum sub nomine ficto: tum, quia in isto casu potest militare doctrina, quod cessante fine legis in particulari, cessat lex: tum, quia decretum Concilij, quod hanc partem, vel non fuit admissum, vel est abrogatum.

Aduerto tertio, ex Castro Palao decretum Concilij Lateranensis in Urbe obseruati, extra Urbem vero videri solum vigete dispositionem Concilij Tridentini factam de hoc *sess. 4. decreto de reformat.* quod etiam docent Tolet. *l. 1. cap. 41. n. 1.* Nauar. *c. 27. n. 148.* cum tardò, vel nunquam ab Inquisitoribus approbatio requiratur librorum: hoc tamen in Italia non videtur subsistere; ut constat ex praxi quotidiana, de qua certè potuit constare Toleto, & Nauarro: quare non video, quo fundamento id dicant; nisi quis dicat, ipsis viuentibus, id non fuisse in usu; quod tamen spectat ad questionem facti.

Quod si hac occasione obiter queretas, an habens priuilegium retinendi libros prohibitos, eosque legendi possit mittere ad alium, quoad hoc pariter priuilegium librum prohibitum per hominem carrentem tali priuilegio ad alium locum distantem.

Respond. non posse, nisi excusat paruitas materia respectu temporis (ut si infra unam, aut alteram diem deferens librum sit peruenturus ad illum alium locum, ibique traditutus librum ei, ad quem mittitur) idque ex doctrina Sanch. *l. 2. mor. cap. 10. n. 55.* Sayr. *l. 3. de censur. cap. 5. n. 16.* & Castri Palai pro se citantis *D. 2. tract. 4 p. 10. §. 2. n. 11.* Duardum, Reginaldum, Bonacinam, & Farinacium: qui putant absque periculo censura posse retineri librum prohibitum ad unam, vel alteram diem, et si illa possit tradi Inquisitori: alioqui incurritur censura, cum sic vere retineretur liber prohibitus: posset etiam facere pro responsione doctrina illa, quod cessante fine legis in particulari cessat lex; ita doctissimus magister consultus.

**QVÆRES XXXII.** An, & quam excommunicationem incurrit Regulares, si e communi bibliotheca Libros extrahant, aut extrahi permittant.

Respond. incurrit illam, quæ in Breui pontificio, quod ipsi Regulares procurauerint ad conservationem propriæ bibliothecæ fertur: cuius Breuis tenor esse solet similis: *Conseruationi, & manutentio-*

*ni bibliothecæ domus Fratrum Ordinis N. Cinitatis N.* quantum cum Domino possumus considerare volentes, &c. ne de cetero quisquam quavis autoritate fungens quousvis Libros, quaterna, folia, sive manucripta, sive impressa dicta Bibliothecæ baillenus quomodolibet donata, & assignata, seu in futurum donanda & assignanda è dicta domo extrahere, seu ut extrahantur permittere sub quousquis quefisso pretextu, colore, vel ingenio audeat, sive presunat sub excommunicationis, ac privationis vocis actus, & passus paenit per contrahientes eo ipso incurritus Apostolica autoritate, tenore presentium interdicimus, & prohibemus: permittimus tamen fratribus dicti Ordinis Predicatoribus, ut ipsi libros, quaterna, & folia huiusmodi è dicta domo cum predicare debent, extrahere possint, dummodo cum illis usi fuerint, illos ad dictam bibliothecam sub paenit predictis referant. Pro cuius excommunicationis intelligentia in gratiam illorum Religiosorum, qui similia Brevia procurant, aliqua placet notare.

Noto ergo primò, sub hac excommunicatione comprehendendi quoscumque tam sacerdotes, quam Regulares sive Ordinis, in cuius favorem obtinetur Breue, sive alterius, qui extrahant libros, aut extrahi permittant è bibliotheca: ut colligitur ex verbo illo, *quisquam*, quod cum sit vniuersale, comprehendit quascumque personas modo dicto.

Noto secundò, nomine *permittentium extrahire* venire solum permittentes, cum ex officio teneantur, & possint impedire sine notabili incommodo: quo pacto etiam Sanch. *l. 6. mor. cap. 16. n. 87.* in simili interpretatione verbum *permittere*, dicens, cum hi ex officio teneantur prohibere, & commodè possint, ut supponitur, censeri non prohibendo indirectè cooperari, ideoque talem permissionem iure optimo puniri. Quod si roges, qui teneantur impedire extractionem dictam librorum; dico ex eodem Sanch. *num. 93.* hos esse Prælatos Monasteriorum, & præfectos bibliothecæ.

Noto tertio, non affici hac excommunicatione illum, qui extrahit è monasterio libros communi bibliothecæ nondum incorporatos: cum verba illa Brevis è dicta domo extrahere, sumi debeat, non de monasterio, ut sic, sed de monasterio, prout continente bibliothecam, adeoque de ipsa bibliotheca, formaliter loquendo: ad quod utique requiritur librorum incorporatio: quæ in hoc consistit, quod libri authoritate Superioris deputentur ad usum, non huius, aut illius particularis Religiosi, sed ad usum communem monasterij.

Noto quartò, extrahentem è monasterio libros deputatos ad usum particularium Religiosorum non affici ista excommunicatione; et si alias videantur verificari verba illa Brevis è dicta domo extrahere: nam, ut modò diximus, per dominum intelligit bibliotheca, & ad incurritam hanc censuram requiritur, ut liber, qui extrahitur, sit ipsi bibliothecæ incorporatus, & liber extractus deferatur extra monasterium: quæ non verificantur in præsenti causa, ideoque negamus in eo censuram incurri.

Noto quinto, non effugi istam excommunicationem, si Superior monasterij libros Bibliothecæ incorporatos postea deputet ad usum alicuius Religiosi particularis, ut sic eos possit dare amico extra monasterium pro aliquo tempore legendos: alioqui frustratorum esset hoc Breue; cum, occurrente casu, posset Superior facere dictam deputationem, & postea libros commodare extra monasterium; cum quo stat, quod Superior ad annos possit Fratribus libros Bibliothecæ concedere: ita tamen, ut è monasterio extrahi non possint, durante adhuc

ad huc antiqua applicatione librorum facta Bibliothece.

Noto sexto, subiici huic excommunicationi illum, qui librum ab alio extractum est bibliotheca defert extra Conuentum (et si primo aspectu oppositum dicendum videatur ex eo, quod deferens librum extra monasterium vere non extrahit est bibliotheca in praesenti casu; quod tamen requiritur ad incurram istam excommunicationem: & ratio est, quod iuxta dicta superius, nomine domus, seu monasterij hic intelligitur monasterium, prout continens bibliothecam, sive deferens librum ab alio extractum est bibliotheca, cum ipsis esset incorporatus, vere extrahit librum est domo continente bibliothecam; & cum de eo verificantur verba Breui, incurrit censuram. E contra illam non incurrit, qui librum extrahit est bibliotheca, sed non defert extra monasterium (quippe quo intendit ut intra monasterium:) sic enim non verificantur, quod librum bibliothecae incorporatum defert extra domum: quod in Breui requiritur ad incurram censuram. Vnde vltius infero non affici hac censura Religiosum monasterij, qui extrahit libros est bibliotheca, sed iis vltit intra monasterium: & hoc tum ob rationem modi allatam: tum quia, cui conceditur, quod est plus, conceditur, & quod minus est: ac proinde, cum Breue Religiosis Monasterij concedat, ut predicatur extra Conuentum extrahant libros est domo: a fortiori concedit, ut ad similem finem illos extrahant est bibliotheca illis usuri intra Conuentum: quod est minus, ut patet.

Noto septimo, quod, si extrahantur est bibliotheca libri iam incorporati, facta eorum permutatione in alios libros utiliores (ut si libri Medicinæ, aut iuris ciuilis permittentur cum concionatoriis, aut Theologicis) quod putat Diana part. I. tract. 8. regul. 77. aliis citatis, esse licitum) & posteriores libri incorporetur bibliothecæ: probabile videtur ex librorum priorum, qui permutari sunt, extractione, non incurri hanc excommunicationem: cum subrogatum sapiat naturam eius, cui subrogatur, & fictione iuris censeatur non facta extractione hoc ipso, quod loco librorum extractorum bibliothecæ incorporati sunt totidem alii libri longè utiliores, ut supponimus. Oppositum tamen dicent ij, qui ex Praxi Neapolitana cap. 60. n. 3. dicunt bibliothecam, cum sit mobile pretiosum, quod seruando seruari potest, alienari non posse neque via permutationis, sive in totum, sive in partem: et si Praxis in specie loquatur de alienatione modicæ partis magni prædij Ecclesiæ.

Noto octauo, hanc excommunicationem incurri, si liber extrahatur solum ad duos dies: cum ea imposita sit propter extractionem à monasterio, & extractione sit res, quæ constitut in indiuisibili (non secus ac ingressus in monasterium, ac egressus ex illo) non autem ob retentionem libri extra monasterium: que vtique est res admittens latitudinem, & consequenter paruitatem materiae excusantem à censura: quod non procedit de extractione, ut consideranti patebit.

Noto nono, quoad libros, qui extrahantur à bibliotheca, dari paruitatem materiae excusantem à censura. Vnde Cherubinus in Comp. bullarij tom. 2. bull. 100. Clementis V III. ponens bullam similem Breui hinc allato in scholio 1. ait illam ligare, nisi illa modica res allatura sit maximum preiudicium, quæ rēnsq; in schol. 2. modica res, quæ dicitur, responderet id iudicandum arbitrio boni viri, qui personarum, ac rerum qualitate pensata, id arbitretur; adducitque

Pellizzarij Manual. Regul. Tom. I.

pro se Glossam, & quinque Doctores, Cùm autem Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 3. de reform. statuat huiusmodi excommunications debere ferri solum ob rem non vulgarem; & Lessius lib. 2. cap. 12. num. 31. hinc dicat: Non facile excusauerim eos, qui pro 3. aut 4. florensis excommunicant, constat iudicio Lessij paruitatem materiae in nostro casu dari in libris non excedentibus valorem 3. aut 4. florenorum, & quidem grandiorum.

Noto decimo, subesse huic excommunicationi illum, qui successuè extrahit alios, & alios libros, salua tamen singulis vicibus paruitate materiae, si perueniat ad materiam notabilem: idque et si singulis vicibus non habeat intentionem continuandi illas extractiones. Ducor, quod ad incurram hanc censuram non requiritur talis intentio, sed sufficit præuisio notabilis damni; cum sic obiectum ex continuatione materiae euadat mortale, & de tali obiecto constet Ecclesiæ, dabitur sufficiens materia ad incurram hanc censuram; ut colligitur ex Lessio supr. d. 8. Secus dicendum, si successuè extrahat libros, salua singulis vicibus paruitate materiae, sed plures id faciat; ita tamen ut non extrahat librum posteriorem, nisi priorem antea extractum bibliothecæ restituat: idque et si intentionem habeat continuandi talem extractionem. Moueor, quod sic adest semper materiae paruitas excusans à censura; & & alioquin intentio continuandi modo dicto extractionem impertinenter se habeat ad illam censuram incurram, ut iam ostensum est.

Noto undecimo, non incurri censuram hanc, si librorum extractione fiat, sive ad executiendum puluerem, sive ad eorum compagationem reficiendam: hæc enim non est extractione, quæ prohibetur in Breui, ut colligitur ex fine, qui in eo intenditur, & est conservatio bibliothecæ, & innuitur iis verbis: Conservacioni, & manuentioni bibliothecæ: ad quem finem multum confert librorum extractione facta in casibus his propositis, aliisque similibus, qui proinde non censentur prohibiti ex regul. 61. de regulis iuris in 6.

Noto duodecimo, Religiosum Ordinis, qui extra monasterium prædicaturus est, posse libros communis bibliothecæ secum deferre, ut iis vtatur: si autem rediens ad monasterium non referat, subesse huic censuræ: cum in Breui concedatur delatio librorum cum hac conditione: Dummodo, cum illis usi fuerint illæ ad dictam bibliothecam sub panis prædictis referant: quamvis retentio librorum extra bibliothecam, cum sit res diuisibilis, patiatur paruitatem materiae, quæ salvatur in spatio 2. dierum, teste Sanchez lib. 2. moral. cap. 10. num. 55. quoad retentionem libri prohibiti.

Noto decimotertiò, Religiosum concionantem extra Conuentum, si ad gratificandum amico cipienti videre aliquos libros, statuat illis ut ad breue tempus, principaliter intendens eos commodare amico ad totum illud tempus, quo ipse concionabitur, effugere censuram istam: cum vere extrahat ad usum proprium, subordinando tamen hunc finem alteri fini; sive vtens iure suo non possit dici contravenire præsenti prohibitioni.

Noto decimoquarto, Religiosum in casibus proximè propositis extrahentem libros non subiici huic censuræ, si libros extractos non remittat ad bibliothecam statim ac iis usi est, sed posse differre eorum delationem ad Conuentum, usque dum ipse finitis concionibus redit ad ipsum Conuentum: dum enim durant conciones, censetur durare usus librorum commodatorum Concionatori: præterquam

# 74 De Suspensione in genere quoad Regul.

quod in Breui hoc ipsum indicatur, dummodo cum illis usi fuerint, illa ad dictam bibliothecam sub paenit padiis referant: ubi verbum referant, innuit ipsum Religiosum debere referre; adeoque cum non redeat ad Conuentum, nisi finitis concessionibus, posse differre usque dum, absoluta prædicatione, redeat: alias Breue diceret, sub paenit padiis remittat: quod præstari posset per alium.

## C A P V T III.

### De Suspensionibus latis contra Regulares.

**E**XPLICABIMVS in hoc cap. Suspensiones latae contra Regulares, præmissis tamen iis, quæ magis necessaria sunt ad cognoscendam naturam, & qualitates suspensionis in communione: sive caput diuidemus in 4. sectiones, in quarum 1. agemus de Suspensione in genere: in 2. de Suspensionibus latis contra Regulares, ac reseruatis: in 3. de Suspensionibus non reseruatis: in 4. de Depositione, ac Degradatione valde affini cum suspensione.

#### S E C T I O I .

##### De Suspensione in communi.

- 1 Declaratur, quid sit suspensio Ecclesiastica.
- 2 Ea est varia, ac multiplex.
- 3 Ferri potest à Papa, Concilio generali, & à Prelato regulari contra Religiosos, & non ab alijs, regulariter loquendo.
- 4 Ferri potest à Prelato regulari contra omnes Religiosos respelline subditos.
- 5 Episcopi sive Regulares, sive seculares non subsunt suspensionibus generaliter lati à Papa.
- 6 Suspendi potest totus Conuentus, etiam ut talis.
- 7 Suspensionem procedere debet monito, sed nō semper.
- 8 Suspensioni ferri potest absque scriptura, at non sine verbis.
- 9 Si sub forma disiunctiva feratur, tenet: quod negat Castrum Palau.
- 10 Item tenet, si feratur his verbis, Sis suspensus.
- 11 Suspensus denunciari debet, ut vitetur.
- 12 Utandus vero quilibet, in quo est suspensus, non tamen de iure naturali.
- 13 Suspensione grauis supponit culpam mortalem.
- 14 Non incurritur ex culpa aliena, propriè loquendo: quod alijs negant.
- 15 Excipe, nisi feratur contra totam aliquam Communem.
- 16 Incurritur ob culpam præteritam, & quidem varijs modis.
- 17 Si feratur in medicinam, supponit culpam futuram.
- 18 Varij sunt effectus suspensionis iuxta eius veritatem.
- 19 Suspensus ab ordine inferiori non suspenditur etiam ab ordine superiori.
- 20 Suspensione ab officio varios gignit effectus: at non priuat voce in capitulo.
- 21 Suspensione ab Ordine varios item parit effectus.
- 22 Suspensione ab Ordine non eo ipso suspenditur à iurisdictione, nec ab Horis in Choro, nec ab ordine superiori, si sit suspensus ab inferiori.
- 23 Sicut nec suspenditur à iure eligendi.
- 24 Suspensione à iurisdictione varios producit effectus.
- 25 Suspensione ab ingressu Ecclesie tria operatur.

- 26 Suspensione à diuinis plures causat effectus.
- 27 Suspensione ab administratione plura operatur.
- 28 Suspensione à perceptione Sacramentorum obstat solum, ne recipiantur Sacraenta,
- 29 Suspensione à beneficio varios habet effectus.
- 30 Ea iuxta aliquos non omnino priuat fructibus.
- 31 Priuat distributionibus, et si alijs id negent.
- 32 Extenditur ad beneficium futurum: alijs tamen hoc non admittunt.
- 33 Afficit illum qui tunc nullum habet beneficium.
- 34 Gestis à suspensiō teneat, sed non omnia.
- 35 Suspensionis ab Ordine, & à iurisdictione est ineligibilis ad prelaturas, quoad licite.
- 36 Suspensione addita excommunicationi non est inutilis.
- 37 Suspensione ligat ubique & sub peccato mortaliter.
- 38 Si quidem sit late sententia.
- 39 Duratio suspensionis est varia iuxta eius varietatem.
- 40 Eius duratio incipit à die, qua fertur.
- 41 Suspensionis ad mensem die 3. Iunij, v.g. manet suspensus usque ad diem tertium mensis sequentis, sine mensis precedens sic 30. dierum, sive 31. sive 28. (quod alijs negant) nec debet computari dies bisextilis, preterquam in certo casu.
- 42 Tempus suspensionis superuenientis alijs suspensioni simili statim incipit currere.
- 43 Suspensionis tempus non interrupitur ex violatione ipsius suspensionis.
- 44 Violans suspensionem ab ordine fit irregularis.
- 45 Idq; licet suspensus non sit denunciatus.
- 46 Limita, si actus Ordinum minorum fiant solemniter: non est irregularis qui audit confessiones, cum sit suspensus ab iis audiendis.
- 47 Non sit irregularis, qui violat suspensionem alterius speciei.
- 48 At sit, qui violat suspensionem latam in puram paenam.
- 49 Fit item, qui suspensus ab ingressu Ecclesie ibi celebrat.
- 50 Suspensione iuxta eius varietatem varijs modis afferatur: & interdum tollitur solum à Papa.
- 51 Item varijs modis afferatur, que est lata in puram paenam.
- 52 Suspensione ab officio, aut ab ingressu Ecclesie, non impeditur per subsequentem appellationem; secus suspensione à beneficio.
- 53 Regulares absoluuntur à suspensione per suos Prelatos, immo per suos Confessarios.

#### Q VÆ R E S I . Quid sit Suspensione propriè sumpta.

Respond. esse censuram Ecclesiasticam, qua persona Ecclesiastica impeditur: ne exerceat functiones sui beneficij, aut officij, aut ordinis: in totum, aut in partem; in perpetuum, vel ad tempus. est communis DD. patetque ex ipsis terminis, si tantum ad veteri dici censuram Ecclesiasticam, ut contradistinguatur à prohibitionibus ciuilibus, & ut indicetur causa efficiens suspensionis; hæc enim ferri non potest, nisi à persona Ecclesiastica habente iurisdictionem in foro externo; unde sit, ut Confessarius prohibens penitenti, ne tanto temporis spatio sumat Communionem, propriè non dicatur suspendere, ut potè caret iurisdictione, quoad forum exterrnum.

#### Q VÆ R E S II . Quotuplex sit Suspensione.

Respond. esse multiplicem; alia enim est ab officio tantum (sive officium sit ordinis, sive iurisdictionis:) alia est à beneficio tantum (sive beneficium sit Canonicatus, sive dignitas, sive aliud;) alia est ab officio, & beneficio simul; alia est paenalis, quæ fertur in

in pœnam delicti præteriti; alia medicinalis, quæ intenditur emendatio delinquentis, & hæc propriè est censura; alia est temporalis, quæ fertur cum limitatione temporis: alia perpetua, quæ fertur simpliciter absque vlla temporis limitatione; alia denique est à iure, sive communi, sive proprio (v. g. Religionis: ) alia est ab homine, quæ scilicet fertur à Superiore habente iurisdictionem in foro externo sine intentione condendi legem perpetuam. Quòd si suspensio feratur sine limitatione expressa, vel tacita, ea suspendit absolutè ab omnibus, id est ab officio, ac beneficio: verba enim debent accipi, prout sonant, & cùm sint generalia, generaliter debent accipi. Ita Bonac. de censur. in comm. D. 3. q. 6. p. 2. num. 1. ex Sylvestro, Toledo, Auila, Sayro.

**QVÆRES III.** Quinam possint ferre suspensiones contra Regulares.

3. Respond. posse non solum Papam, & Concilium generale (de quibus nulla est difficultas) sed etiam Prælatos proprios regulares, (vt diximus, & probauimus in tract. de gubernat. cap. 3. sect. 3. q. 8.) non item Ordinarios, aut alios inferiores Papa, (& quidem neque in casu, quo aliæ constituantur Superioris ipsorummet Regularium, si isti habent speciale priuilegium, ne possint excommunicati, suspendi, aut interdicti: quale habent Mendicantes; vt constat ex eorum Comp. ver. exemptio, n. 9. 23. & 24. & Religiosi Soc. Iesu; vt constat ex bulla Pauli III. ipsis concessa anno 1549. & hoc, inquit Sanch. l. 7. de matr. D. 33. num. 23. nisi expresse concedatur Episcopis, vt in iis casibus possint censuris latis contra exemptions procedere: quod optimè probat Sanchez variis rationibus, quæ apud ipsum commodè videri poterunt.)

**QVÆRES IV.** Contra quos Regulares ferri possint suspensiones.

4. Respond. ferri posse contra illos omnes, qui respectuè sunt subditi Prælati ferentis suspensionem; patetque ex dictis cap. 1. sect. 2. quest. 4.

5. Placet hic vnum aduertere, quod tradunt communiter DD. in cap. quia periculose sent. excommunic. in 6. Episcopos, sive Regulares, sive sacerdotes non ligari suspensionibus, ac interdictis generaliter latis à Papa, sive per generalem sententiam, sive per statutum: idque ex iure positivo, quod extat in citato cap. quia periculose, & est inductum potius in favorem subditorum, quam ipsorum Episcoporum; quatenus scilicet, (ait Glossa ibi) officium Episcoporum, & Superiorum communius, & generalius est, & plures grauarentur, si illud impediti contingeret; siquidem Episcoporum officium consistit in christi missis confectione, in frontis christi, ordinatione, collatione, Ecclesiarum, & altarium consecratione, & sic multum periculum esset in suspensione ipsorum; hinc ergo Episcopi non incurruunt suspensiones generaliter latae, ne sic eorum subditi vi suspensionis defraudentur iis beneficiis, quæ à proprio Pastore ipsis debent conferri, & aliæ per suspensionem impediuntur; quod cùm non eueniat respectu excommunicationum casu, quo Episcopus non sit vindicatus; idè ius non exemit Episcopos ab excommunicationibus generaliter latis, quas proinde incurruunt, nisi specialiter excipiantur, exemit tamen à suspensionibus latis generaliter.

Difficultas est, an, & quo modo ferri possit suspensio in totum aliquod Monasterium, quatenus est vnum corpus politicum, non autem solum, prout est quædam multitudo constans ex pluribus Religiosis ibi degentibus.

6. Respond. Posse; & probatur quia, quando totum

Pellizzarii Manual. Regul. Tom. II.

Monasterium ita delinquit, vt sit dignum suspensio-ne, delictum illud ita est totius corporis, vt tamen per singulare personæ exercetur; potest autem delictum esse, & omnium, & singulorum, & adeò graue, vt per solam suspensionem ab officiis, aut beneficiis communibus minus sufficienter puniatur; ergo poterit talis suspensio ferri, quæ non solum afficiat totum monasterium vt sic, sed etiam singulos Religiosos suspendat à beneficiis, aut officiis personalibus. Ita Suar. D. 28. de Censur. sect. 3. n. 4. patetque ex dictis, si solum aduertero Monasterium posse habere aliqua beneficia unita, eique competere aliquam iurisdictionem, adeoque mirum non esse, quod in ipsum ferri possit suspensio, cum à beneficio, cum ab officio; quamvis aliæ suspensio ab officio quantum ad usum Ordinis propriè non possit cadere in monasterium, vt sic; cùm illi actus non siant per totam Communiteatem, sed per singularem personam.

**QVÆRES V.** An præmitti debeat admonitio, antequam feratur suspensio contra Regulares.

Respond. cum distinctione: vel suspensio ferenda est pro contumacia, & hanc præcedere debet admonitio; aliæ enim non potest sequi contumacia, & consequenter neque suspensio pro contumacia; vel suspensio ferenda est purè in pœnam ob delictum commissum; & hanc non est necesse, quod præcedat admonitio; vt patet, vt ex cap. tam literis de testibus, vbi Papa suspendit quoddam propter quoddam delictum, et si nec ab homine præcessisset admonitio, nec iure per legem aliquam tale delictum sub tali pœna prohibentem: tum quia, quando pœna imponitur ob delictum commissum præcisè, ea debet sustineri, quantumvis homo resipiscat, adeoque monitio, quæ ordinatur ad resipiscientiam, non est necessaria; communis est Doctorum, & Summisstarum apud Suar. supr. sect. 5. n. 2.

**QVÆRES VI.** An suspensio ferri possit contra Regulares solis verbis, aut certè requiratur etiam scriptura.

Respond. requiri quidem verba, quæ sufficienter significant modum, speciem, seu effectum suspensionis; vt notat Nauar. cap. 27. n. 161. & communiter tradunt DD. cùm de censuris in communi; non videri tamen necessarium, quod adhibeat scriptura; cùm hæc non sit de substantia suspensionis, sed tantum de præcepto iuxta cap. 1. de sent. excommunic. in 6. & alioqui ex indulto Bonifacij VIII. facto Dominicanis possint Prælati regulares procedere contra Religiosos subditos, iuris apicibus postpositis, resipientibus potius subtilitatem, quam facti veritatem, & merita causæ; vt aduerit Lezana tom. I. cap. 18. n. 16. ex Cherubino; puto tamen expedire, vt in fereendas eiusmodi censuris, etiam inter Regulares, adhibeat scriptura; & hoc ad vitandas tricas.

**QVÆRES VII.** An sit valida suspensio lata sub forma disiunctiva (nimirum ab officio, aut beneficio, verbi gratia.)

Respond. videri validam ob ea, quæ diximus cap. 1. sect. 2. q. 16. Ita Dianap. 5. tract. 10. resol. 13. ex Hurtado, & Bizozero dicens, quod, licet DD. communiter dicant suspensionem ab officio, vel à beneficio sub disiunctione, à neutro manete suspensionem, quia non ab utroque patet; nec ab altero, quia non est maior ratio, cur uno potius, quam altero maneat; nihilominus (vt docent nonnulli) credimus manere suspensionem ab uno, vel ab altero determinatè pro optione suspensi, quam ipse tenet facere: sicut qui condemnatur, vt exulat, vel vt soluat certam quantitatè pecunia, verè manet obnoxius vni, aut alteri,

## 76 De Suspensione in genere quoad Regul.

& obligatur unum, aut alterum eligere: quia sine fundamento negatur Iudicem habere auctoritatem ad sic ferendam sententiam poenæ, & ad obligandum reum, ut eligat, quam maluerit. Ita Diana ex Hurrado.

QVÆRES VIII. An Suspensione lata sub hac forma, sic suspensus, liget, & ad quid.

10.

Respond. ligare, & suspendere ab officio simul, ac beneficio; non secus ac nomine excommunicationis simpliciter prolatæ intelligitur maior excommunicatione, quæ includit minorem; alias non est major ratio, cur talis suspensione censeatur potius importare priuationem officij, quam beneficij. Ita Sylvestr. ver. suspensiō, & cum eo Diana resol. 14. adducens pro se Mercerum, & Gordonum; monensque similem suspensionem extare, tum in Extrauag. diuina de priuilegiis, tum in Conc. Trid. sess. 25. cap. 14.

QVÆRES IX. An, & quorum denunciati debant Regulares, qui aliquam incurserunt suspensionem.

11.

Respond. debere denunciari, non quidem, ut suspensione possit operari suos effectus in ipso suspenso, sed ut alij eum teneantur euitare; ad quod, inquit Suar. n. 4. non sufficit, quod suspensione sit publica, & notoria; cum iuxta veram, ac germanam Lectionem Extrauagantis, Ad euitanda, exceptio de publica censura solū habeat locum in manifesto Clerici persecutore, qui tamen non suspensionem, sed excommunicationem incurrit; unde sit, ut, loquendo de suspensionibus, generaliter verum sit suspensum non esse vitandum, nisi postquam in particulati, & proprio nomine pro tali denuntietur.

Quod si hac occasione queras, an, & quo iure vitari debeat suspensi in iis rebus, in quibus sunt suspensi.

12.

Respond. debere vitari, non iure Ecclesiastico (quod nullibi reperitur:) sed iure naturali ac diuino: quatenus scilicet communicans modo dicto cum suspensi, ei cooperatur in delicto, ac malo vnu ministerij; quod sine dubio est intrinsecè malum, si extra casum extremæ necessitatis suspensus non toleratus inducatur ad vnu actus prohibiti, ant certè, si est toleratus, inducatur absque vlla prorsus necessitate, aut utilitate, vel etiam ei in exercitio actus prohibiti inferuiatur. Ita Diana resol. 20. ex Corneio inferens in praesenti materia per solam assistentiam, quæ sit pura communicatio, non peccari, adeoque si suspensus ab ingressu Ecclesie illam ingrediatur ad audienda diuina Officia, non propterea teneri alios exire: sicut nec tenentur exire in casu, quo suspensus ab ordine, & quidem denuntiatus, Missam in Ecclesia celebraret, dummodo eum non inducant ad celebrandum, aut ei non ministrent ad altare.

QVÆRES X. An necessariò supponatur culpa mortis ad incurrandam suspensionem, vel certè sufficiat etiam peccatum veniale.

13.

Respond. supponi, si suspensione sit grauis: cuiusmodi est suspensione ab officio, ac beneficio simul, vel etiam ab altero tantum; secus, si suspensione sit leuis: qualis esset suspensione ab uno actu eligendi, à distributionibus vniuersi hotæ, aut vniuersi diei. Ita Henriq. l. 13. cap. 14. n. 1. Sà ver. suspensus ab officio. Diana p. 3. tract. 6. resol. 51. aliisque contra Caiet. Nauar. & Aulam citatos à Diana p. 5. tract. 10. resol. 19. sustinentes suspensionem, absolute loquendo, incurri posse ob peccatum, veniale cum excommunicatione minor, quæ priuat maiori bono, id est, participatione passiuua Sacramentorum, de facto incurritur ob culpm solū veniale. probatur autem nostra responsio, tum, quia poena debet commensurari culpæ, suspensione

sio autem ab Officio, à beneficio, ab ordine, à iure eligendi, beneficia conferendi est grauis poena, adeoque supponit culpm grauem, seu mortalem; tum, quia suspensiō est poena longè acerbior, quam minor excommunicatione. quippe quæ etiā ex genere suo priuat minoribus bonis, quam priuat minor excommunicatione, difficultius tamen tollitur, aliqualem secum affert infamiam, ac proinde mirum non est ad eam incurrandam requiri culpm mortis. cum alias minor excommunicatione incurritur ad peccatum veniale.

QVÆRES XI. An Suspensione incurri possit etiam ob culpm alienam.

Respond. non posse, loquendo de suspensione propriè dicta, & in casu, quo quis specialiter, & seorsim suspendatur; nemo enim puniri debet ob alterius peccatum, & præsertim poena spirituali, ut patet, tum ex cap. 2. de Constit. quod ita habet: Rem, quæ culpa caret, in damnum vocare non conuenit: tum ex c. 2. de his, quæ à maiori parte, vbi dicitur. Nec poena est ulterius extendenda, quam delictum fuerit in excedente repertum. Ita Suar. supr. n. 22. Coninch. D. 15. de censor. n. 22. Caiet. ver. suspensiō, & alij. Dixi, loquendo de suspensione propriè dicta; quia si loquamus de suspensione latè sumpta, hæc potest contrahi etiam ob culpm alienam; ut patet, tum ex c. 1. de ordin. ab Episc. qui renunc. Episcopat. vbi qui ignoranter, & sine culpa ordinatur à tali Episcopo, ob culpm Episcopi suspenditur: tum ex cap. vel non est compos de temp. ordin. vbi puer ordinatus in ætate 13. annorum suspenditur ab executione Officij Diaconi usque ad ætatem legitimam; idque in iniuriam ordinantis, ut ibi dicitur. Dissentient alij cum S. Thom. 4. in d. 18. q. 2. art. 3. q. 2. ad 2. & Sylvestr. ver. suspensiō, n. 4. quorum sententiam refert Diana p. 5. tract. 10. resol. 22. nec refutat notans ex Corneio id, quod dicitur neminem puniri debere ob alterius peccatum, quo ipse caret, procedere solū, quando quis specialiter, & seorsim suspenditur: tunc enim non potest quis suspendi ob culpm alterius: secus, quando simul suspenditur collegium; nam tunc sufficit culpa plurimum, vel Superioris, nec requiritur culpa in singulis: & quamvis suspensione sit poena spiritualis, quia tamen non priuat bonis pertinentibus ad propriam animam, infligi potest pro peccato alterius.

Dixi præterea, & in casu, quo quis specialiter, & seorsim suspendatur; ut innuerem, quod, quando simul suspenditur tota aliqua communitas (v. g. monasterium) tunc & Superior potest suspendi in inferioribus, & communitas in suis membris iuxta ea, quæ habentur in cap. si sententia de sent. excommunic. in 6. sic quippe non requiritur culpa in singulis, sed sufficit culpa plurimum, aut Superioris: præsertim, cum suspensione non priuat bonis spectantibus ad propriam animam, etiā alias sit poena spiritualis.

QVÆRES XII. An Suspensione incurri possit ob culpm merè præteritam.

Respond. posse, & quidem variis modis: pirmò in perpetuum, & sine spe relaxationis; (quo casu si suspensione totalis est ab officio, beneficio, aut ordine, habet vim depositionis, irregularitatis, aut priuationis beneficij:) secundò ad certum tempus (v. g. ad triennium) quo elapsa suspensione per se ipsam expirat: tertid, donec reus satisficerit, restituerit, &c. & tunc exhibita satisfactione, suspensione ipso iure absque alia sententia tollitur: quartid, ad beneplacitum Superioris, cuius proinde declarata voluntate remittendi, seu reuocandi suspensionem hæc sine alia absolutione expirat; quamquam hi omnes modi suspensionis non sint propriè dictæ censuræ, sed merè spirituales poenæ, ut notauit Abb. in c. sepe contingit, num. 16.

14.

17.

18.

19.

16.

20.

n. 16. de appellat. Ita Laym. l. 1. tract. 5. p. 3. cap. 3. n. 3. patetque ex eo, quod suspensio ferri potest in puram poenam, ut ostendit Suar. supr. D. 25. sect. 1. num. 2. ex cap. tam literis de testibus, aliisque pluribus iuribus allegatis: non potest autem ferri in poenam, nisi ob culpam praeteritam, cum culpa presupponatur ad poenam, ut patet.

17. Quod si suspensio ferenda sit in medicinam (quomodo diximus supr. quest. 2. ferri posse) tunc non supponit peccatum praeteritum, sed futurum, & per se ordinatur ad auerendum à peccato; vnde & propriè dicitur habere rationem censure, requiritque monitionem, ut notat Filliuc. tract. 17. n. 65.

Quæres XIII. Quid operetur Suspensio erga personam suspensam.

Respond. distingendo: vel suspensio fertur absolute absque limitatione expressa, aut tacita; & sic suspendit tam ab officio, quam à beneficio; cum verba accipi debeant, prout sonant, &c. cum sint generalia, generaliter accipienda sint; vel suspensio fertur cum expressione alicuius effectus particularis (v.g. ab Officio) & sic extenditur solum ad hunc effectum, & ad ea, quæ sunt illi annexa; siquidem censura efficit, quod significat, nec aliter operatur, quam significet; & sic, si effectum aliquem particularem significat, ad eum tantum extenditur, & non ad alios, qui non sint illi annexi. Ita Suar. supr. sect. 1. aliisque communiter; & patet ex dictis, si monuero ex ista responsione posse solui plurimas difficultates in praesenti materia moueri solitas, quæ cum apud Bonac. D. 3. de Censur. in comm. p. 2. per rot. Dianam supr. resolut. 1. & seqq. aliisque facile videri possint, nolo in iis diutius immorari.

18. Dixi, & ad ea, quæ sunt illi annexa; ut indicarem suspensum ab ordine inferiori censeri suspensum etiam à superiori, et si id non exprimatur; idque ratione annexionis, quam habet ordo superior cum inferiori; ut potè, qui in inferiori fundatur, velut in suo fundamento; vnde currit regula, quæ habetur in cap. cum illorum de sent. excommunic. maiora intelliguntur prohibita, quibus verita sunt minora; quæ regula habet locum, quandocumque maius connectionem habet cum minori, ut in calu nostro. Quamquam aliqui apud Suar. supr. D. 26. sect. 4. n. 8. putent (& quidem probabiliter teste ipsomet Suarez) hanc doctrinam tunc demum esse veram, quando actus ordinis superioris exerceri nequit absque eo, quod exerceatur actus ordinis inferioris; adeoque inferunt Sacerdotem suspensum ab exercicio Diaconatus posse audire confessiones, solemniter baptizare, &c. non item celebrare, cum tunc deberet legere Euangelium, quod spectat ad Diaconatum. Sed, quidquid sit de hoc, inquit Diana resol. 5. certum est exercendo talem actum Ordinis superioris, non incurri irregularitatem, modò nullatenus exerceatur actus Ordinis, à quo quis suspensus est; sic quippe non sit aliquid directè prohibitum per censuram, sed solum per quandam consecutionem ob indecentiam. Ita Diana, & cum eo Corneius, Laym. Coninch. & Praepos. relati ab ipso Diana.

Quæres XIV. Quos effectus habeat Suspensio ab Officio.

Respond. priuare (siquidem simpliciter feratur) omni usu ordinis, iurisdictionis, ac muneris Ecclesiastici, quantum capax est persona, quæ sic suspenditur; si vero feratur ex parte (id est, cum aliqua determinatione, quæ denotet impediri, quoad usum non totum officium, sed solum ciuius partem) priuare tantum ea parte, quæ per illam determinationem significatur, nec non omni superiore functione, quæ eam

partem intrinsecè supponit, non item ab inferiori, neque à qualibet alia omnino disparata; idque iuxta ea, quæ diximus quest. preced. Ita Suar. supr. sect. 1. n. 3. & sect. 4. n. 1. aliquie communiter; & probatur, tum ex dictis quest. preced. tum quia sicut suspensio ab officio simpliciter proleta ex vi verborum non restringitur ad aliquam partem officij Ecclesiastici, cum verbum illud ab officio, sit indifferens, ac proinde extenditur, ad totum officium, cum prohibens totum, prohibeat omnes illius partes; sic suspensio lata cum aliqua determinatione non potest praestare, nisi illos effectus, quos determinatè significat: cum effectus legis, seu sententiae non possit excedere voluntatem Legislatoris, seu Iudicis, quatenus per verba exprimitur; & alioqui verba, quibus fertur talis suspensio, non significant, nisi partem determinatam Ecclesiastica functionis, ut patet.

Notat autem Castr. Palaus D. 4. de censur. p. 5. §. 1. num. 9. taliter suspensum adhuc habere vocera in Capitulo: cum ferre suffragium in Capitulo per se non sit exercitium ordinis, ut potè competens laicis conuersis iuxta Glossam in cap. ex eo ver. electionibus de elec. in 6. imo & Monialibus ex eadem Glossa in Clem. ut iij de etat. & qualit. ver. mancipati; nec sit usus alienius iurisdictionis Ecclesiasticae; siquidem laici, & feminæ habent vocem, et si alias sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticae.

Quæres XV. Quem effectum habeat suspensio ab Ordine.

Respond. quod si suspensio ab ordine feratur sineulla limitatione, suspensus priuatur omni usu ordinis, siue maioris, siue minoris: non item iurisdictione, vel quacumque Ecclesiastica functione, quæ per se ab ordine non pendeat: in moralibus enim propositio indefinita non minus aquiualet vniuersali, quam in doctrinalibus: præsertim cum talis suspensio non possit habere alium legitimum sensum, ut potè, quæ de nullo ordine particulari rationabiliter intelligi potest; ita ut idem sit suspendere ab Ordine, ac suspendere ab ordinibus, vel ab omnibus ordinibus; ut à simili sumitur ex Glossa in cap. eos de temp. ordinat. in 6.

22. Dixi in responsione, non item à iurisdictione, &c. nam, sicut suspensio ab officio abstrahit à beneficio, ita intra latitudinem Officij suspensio ab ordine abstrahit à iurisdictione; ideoque suspensus ab ordine non hoc ipso censeri debet suspensus à iurisdictione; ut inter alios notat Suar. sect. 4. n. 3. addens n. 4. quod si oppositum videtur contingere, quoad iurisdictionem requisitam in foro poenitentiae; id in eo est speciale, quatenus usus prefatae iurisdictionis pender ab Ordine: vnde mihi non est suspensum ab Ordine esse eo ipso suspensum etiam à iurisdictione fofi poenitentialis; idque ex vi connexionis, quam habet Ordo Sacerdotalis, cum ipso actu absoluendi; quæ connexio, cum cesset respectu aliorum actuum; id est absoluè negamus suspensum ab ordine, hoc ipso esse etiam suspensum à iurisdictione. Sic etiam notat Filliuc. tract. 17. n. 26. suspensum ab ordine non prohiberi recitare horas in Choro; cum hoc manus ad summum sit ordinis clericalis, aut psalmistatus, qui propriè non sunt ordo: non posse tamen officiare in Choro dicendo collectas, aut legendo Lectiones; si hæ soleant legi solum ab habentibus ordinem: quod notauit etiam Sayt. l. 4. de censur. cap. 4. num. 10.

Addo ex suspensione ordinis inferioris non esse, aliquem prohibitum exercere ordinem Superiorum, non annexum ordini illi inferiori; adeoque suspensum à Diaconatu posse ministrare Extremam Vunctionem.

## 78 De Suspensione in genere quoad Regul.

Vnctionem, v.g. in pœnis enim stricta fieri debet interpretatio: nec est inconueniens, quod priuatus minori honore retineat maiorem: cum hoc probet solū delictum, ob quod lata est talis suspensio, non fuisse adeo graue, vt priuationem maioris, ac minoris honoris mereretur. Ita Castrus Palaus *supr. n. 15.* ex Suar. Conich. Filliac. Laym. Hurtado monens *n. 18.* cum Sayro, & Conincho suspensum ab exercitio ordinis inferioris non fore irregularem, si ordinem Superiorem exerceat: quippe qui non facit aliquid sibi per censuram directe vetitum, sed solū consecutiuè, & ex quadam decentia.

**Q**uod si hic obiter queras, an suspensus ab ordine sit item suspensus à iure eligendi.

**23.** **R**espond. non esse: cum eligere sit quædam administratio, & functio competens, non ratione ordinis, sed beneficij, aut dignitatis, aut alterius similis conditionis; vnde Moniales, cum sint incapaces ordinis, possunt tamen habere ius eligendi, *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* ex quo infert Suar. *n. 5.* quod, quando Glossa in *cap. presbyterum, ver. habere d. 28.* sit suspensum ab officio non esse suspensum à iure eligendi, interpretari debet loqui de officio ordinis, non autem de officio absolute: si enim esset suspensio ab officio absolute, priuaret etiam iure eligendi, cum tale ius comprehendatur sub nomine officij.

**Q**uæres XVI. Quem effectum habeat Suspensio à Iurisdictione.

**24.** **R**espond. siquidem suspensio sit à iurisdictione simpliciter, suspendere à tota spirituali iurisdictione: ita vt sic suspensus non possit, neque iudicare, neque excommunicare, neque corriger, neque iuramenta recipere à vasallis, neque confirmare, neque inuestire, neque beneficia conferre, &c. (bi enim omnes actus, & alij similes spectant ad iurisdictionem, vt notat Glossa in *cap. transmissum, de elect.*) si vero suspensio sit à determinato actu iurisdictionis (v. g. à collatione beneficiorum) suspendere solū ab eo actu, qui significatur per verba determinantia suspensionem; nisi forte, cum alio actu necessariam habeat connexionem, ita vt sine eo fieri nequeat: quo casu etiam alius actus in eiusmodi suspensione comprehendetur. patet hæc responsio ex dictis *supr. quæst. 13.*

**Q**uæres XVII. Quid operetur Suspensio ab ingressu Ecclesie.

**25.** **R**espond. hæc tria operari; nimis primò, quod sic suspensus non potest intra Ecclesiam exercere actum solemnem cuiuscumque ordinis, & ex officio: secundò, non potest audire diuina Officia intra Ecclesiam, aut ea ibidem recitare: tertiò, priuat Ecclesiastica sepultura, dummodo suspensus impeditens decedat (quamquam, si sic sepeliretur, non ideo tamen Ecclesia pollueretur.) Ita Filliac. *tract. 17. n. 32.* & alij, probantque, quia hoc ipso, quod interdit ingessus Ecclesie, tanquam rei principalis, censentur interdicta omnia diuina, tanquam consequentia. Dixi, in *Ecclesia*, quia suspensus ab ingressu Ecclesie, si celebret extra illam, (v. g. in Oratorio) non peccat, neque est irregularis; intellige, modò facillum, in quo celebrat, non sit erectum auctoritate Episcopi, inquit Filliac. ex Nauarro, aut certè Oratorium ab Episcopo non sit designatum in perpetuum pro celebratione, ait S. Anton. Heniq. & Suarez apud Filliacum.

**Q**uæres XVIII. Quid operetur suspensio à diuinis.

**26.** **R**espond. id operari, quod Clerici, ac Religiosi sic suspensi non possunt recitare Psalmos in Choro, neque iis interesse, aut etiam diuina Officia audire,

tanquam Clerici: & quidem, si contra faciant, intercessendo supradictis, tanquam Clerici, & Ministri ex officio, sunt irregulares; secùs, si id faciant, tanquam laici; tunc enim non sunt irregulares, imò nec peccant; ait Filliac. *supr. n. 33.* ex Nauar. & Lop. addens suspensum à diuinis non posse celebrare; cum Missa sit præcipuum officium diuinum; posse tamen eam audire vt laicum; non item facere coram se celebrari, esto sit Episcopus: quod est audire Misericordiam auctoritatius. Ita Nald. *v. suspensio, n. 11.* ex Glossa.

**Q**uæres XIX. Quid operetur suspensio ab administratione Ecclesie.

**27.** **R**espond. quod, cum eiusmodi administratio spectari possit, tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia; & respectu spiritualium dicatur potestas disponendi de rebus spiritualibus (sive sint ordinis, quæ positæ sint in eorum administratione, sive iurisdictionis) respectu verò temporalium dicatur potestas agendi in iudicio super iuribus, & possessionibus rei, quam quis administrat, neconon respondendi, & aliter disponendi, etiæ extra iudicium; hoc ipso, quod quis est suspensus ab administratione Ecclesie, non potest, neque Sacraenta ministrare, neque beneficia conferre, neque exercere ullam actionem ex iis, quæ fundantur in administratione temporalium. Ita Filliac. *nun. 32.*

**Q**uæres XX. Quid operetur suspensio à percepcione Sacramentorum.

**28.** **R**espond. operari, vt sic suspensus non possit sine graui peccato recipere Sacraenta; cum faciat contra prohibitionem in re graui; quamquam non ideo fiat irregularis; cum irregularitas incarratur solū per exercitium ordinis prohibitum per censuram; quod utique non enenit in casa nostro. Ita Bonac. *de censur. in commun. D. 3. p. 2. n. 19.* ex Nau. Sayr. & aliis.

**Q**uæres XXI. Quid operetur suspensio à beneficio.

**29.** **R**espond. priuare suspensum omni administratio ne temporali sui beneficij, eiusque fructibus percipiendis; non tamen actibus iurisdictionis, ordinis, aut Officij clericalis, ideoque non obstante tali suspensione posse, & conferre beneficia, & ad ea eligere, si ratione beneficij ei competit ius conferendi, aut eligendi; si quidem collatio beneficij, aut electio ad illud propriè est actus iurisdictionis, ac Officij clericalis, à quo is non est suspensus, & non nisi impropriè dici potest fructus beneficij. Ita Coninch. *D. 15. de Censur. n. 11.* Laym. *supr. c. 1. n. 4.* Filliac. *tr. 17. c. 3. q. 4.* aliique communiter: qui benè monent suspensum à beneficio non solū posse, sed teneri praestare officiam, ad quod alias obligatur ratione beneficij; suspensio quippe illum pœna afficit, non autem villa obligatione liberat; &c. si suspensus non fruatur fructibus beneficij, id sibi imputare deber.

**30.** **P**aram. Avila *p. 3. de Censur. D. 2. d. 1. concil. 6.* Petr. Nauar. *l. 2. de restit. cap. 2. n. 23.* Bonac. *supr. n. 10.* & alij putent sic suspensum posse recipere fructus sui beneficij correspondentes labori, quem inseruendo impendit; sive quantum arbitrio boni viri daretur in sustentationem ei, qui pro alio eos labores subiret; imò P. Nauar. videtur ei concedere omnes fructus, donec iis per Iudicem priuetur (non loquitur tamen particulariter de suspensio à beneficio, sed generatim de suspensio, aut excommunicato.) Et hanc sententiam dicit Coninch. *n. 14.* esse æquitati admodum consentaneam in iis, qui in puram pœnam peccati per certum, ac notabile tempus suspensi sunt: cum durum sit aliquem cogere per aliquot annos ministrare ad altare, & non viuere de altari; secùs de suspensio ob contumaciam: is enim non meretur miseri